III. 18.93

J. A. COMENII

VESTIBULI

Linguarum Auctarium,

VOCES

Latinæ Linguæ primitivas construi cœptas, & in Sententiolas breves redactas, exhibens;

In præludium *Sylvam Latinam* ingressuris datum.

Anglicè reddidum per *Joannem Orberum*, in usum Scholarum.

LONDINI,
typis *Joannis Redmayne*. 1666.

III. 18.93

J. A. COMENII

VESTIBULI

Linguarum Auctarium,

VOCES

Latinæ Linguæ primitivas construi cœptis, & in Sententiolas breves redactas, exhibens;

In præludium *Sylvam Latinam* ingressuris datum.

Anglicè reddidum per *Joannem Osbornum*, in usum Scholarum.

LONDINI,

Typis *Jodnnis Redmayne*. 1666.

III. 18.93 4.12.30

J. A. COMENII

VESTIBULI

Linguarum Auctarium,

VOCES

Latinæ Linguæ primitivas conſtrui cœptas, & in Sententiolas breves redactas, exhibens;

In præludium *Sylvam Latinam* ingreſſuris datum.

Anglicè reddidum per *Joannem Osbornum*, in uſum Scholarum.

LONDINI,

Typis *Jodrnis Redmayne.* 1666.

Imprimatur

Ex Ædib. Sabaud.
Aug. 8. 1663.

G. Stradling S.T.P. Re
Christo Patri G
Episc. Lond. à S
Domest.

TRINITY COLLEGE
LIBRARY.
CAMBRIDGE

JOANNIS AMOS COMENII

JANUA LINGUARUM

NOVISSIME

AB

IPSO AUTHORE RECOGNITA,

Aucta, Emendata, & cum æneis

Typis illustrata,

Omnes Linguæ laudate Dominum.

LONDINI,

Ex Officina *Joannis Redmayne*, MDCLXIX.

JOANNIS AMOS COMENII

JANUA LINGUARUM

NOVISSIME

AB

IPSO AUTHORE RECOGNITA,

Aucta, Emendata, & cum ancis-

Typis illustrata.

Omnes Linguæ laudate Dominum.

LONDINI,

Ex Officina Joannis Richardi, N. D. C. [illegible]

Lectori Candido, S.

Didi non ita pridem, amice Lector, Januam *hanc* Linguarum, *Tribus Linguis instructam. Quam nunc Latine, duntaxat edo, ut amicorum quorundam justis desideriis satisfacerem, ipsissima est ac prorsus eadem cum Textu Latino, quem exhibet* Trilinguis *Illa. Vis verbo dicam? Habes* Januam, *quanta quanta est,*

puram putam Comenianam, *id est verè* Auream; *cui &* Autho *post* secundas *tertiásque* cogitatione *ultimam Manum imposuit: Cui re ipsius* Autographum *ad me transmissum & in fronte Operis istius editum fidem facit. Hoc Te quisquis es, ignorare nolui.* Vale, Mihi *que pariter &* Authori *Fave.*

J. R.

INDEX

Ordinem capitum & argumenta exhibens.

Cap.		Pag.
I.	*Introitus.*	1
II.	*Prima forma mundi: Elementa.*	2
III.	*Æther cum astris.*	3
IV.	*Ignis cum meteoris ignitis.*	4
V.	*Aer cum ventis.*	5
VI.	*Aqua cum aquatis meteoris.*	5
VII.	*Terra cum mineralibus.*	7
VIII.	*Succi minerales.*	7
IX.	*Metalla.*	8
X.	*Lapides vulgares & pretiosi.*	8
XI.	*Stirpes in genere, & fungi in genere*	9
XII.	*Herbæ, herbaceique fructus.*	9
XIII.	*Frutices, fruticeique fructus.*	11
XIV.	*Arbores, arboreique fructus.*	12
XV.	*Animalia in genere, & in specie rudiora: Palpitantia, repentia, serpentia.*	14
XVI.	*Aves, aliaque volatilia.*	15
XVII.	*Pisces, aliique natatilia.*	18
XVIII.	*Quadrupeda primum mansueta pecora & jumenta.*	19
XIX.	*Quadrupeda fera; & amphibia.*	20
XX.	*Homo.*	22
XXI.	*Corporis humani externa membra.*	23
XXII.	*Partes corporis ossea.*	24
XXIII.	*Carneæ partes corporis.*	26
XXIV.	*Humores corporis cum spiritibus.*	26
XXV.	*Functio naturalis.*	27
XXVI.	*Functio vitalis.*	28
XXVII.	*Functio animalis, cum sensu, motu & quiete.*	29
XXVIII.	*Mens cum affectibus & conscientia.*	32
XXIX.	*Accidentia præternaturalia: morbi primo externi.*	33
XXX.	*Interni morbi.*	35
XXXI.	*Defectus naturalium cum monstris.*	37
XXXII.	*Rusticanæ artes: primumque horticultura.*	38
XXXIII.	*Agricultura.*	40
XXXIV.	*Pecuaria.*	41
XXXV.	*Artes alimoniæ frumentariæ.*	42
XXXVI.	*Artes carneæ alimoniæ.*	44
XXXVII.	*Artes potulentorum.*	46
XXXVIII.	*Vestiariæ artes.*	47
X XIX.	*Artes ædificatoriæ.*	50
XL.	*Artes utensilium: & primo argillaceorum & vitreorum.*	52
XLI.	*Artes metallicorum utensilium.*	52
XLII.	*Artes utensilium linearum, & ligneorum, & coriaceorum.*	53
XLIII.	*Artes itinerum: primum pedestris.*	54

XLIV.

XLIV. Equitatio & aurigatio. 56
XLV. Natatio & navigatio. 57
XLVI. Machinæ tractoriæ. 59
XLVII. Oblectatoriæ artes. 60
XLVIII. Artes vitiosæ humanæ. 62
XLIX. Litera & libri: cum administratoriis artibus, typographia & aliis. 63
L. Schola. 65
LI. Philosophia. 67
LII. Mathesis: primumque Arithmetica. 67
LIII. Geometria. 68
LIV. Statica. 70
LV. Astronomia. 71
LVI. Geographia. 74
LVII. Chronologia cum historia. 76
LVIII. Logica. 79
LIX. Mnemonica. 81
LX. Prognostica. 81
LXI. Ethica. 82
LXII. Prudentia. 83
LXIII. Sedulitas. 84
LXIV. Temperantia. 85
LXV. Fortitudo. 87
LXVI. Humanitas. 88
LXVII. Justitia. 91
LXVIII. Benignitas. 92
LXIX. Pietas. 93
LXX. Constantia. 93
LXXI. Artes sermonis: primumque Lexica & Gramm tica. 94
LXXII. Rhetorica & Oratoria. 95
LXXIII. Poëtica & Musica. 97
LXXIV. Medicina. 98
LXXV. Jurisprudentia. 99
LXXVI. Theologia. 100
LXXVII. Erudita conversatio. 101
LXXVIII. Oeconomia: ubi lustramen domus. 102
LXXIX. Conjugalis societas. 103
LXXX. Parentalis societas. 105
LXXXI. Herilis societas. 107
LXXXII. Oeconomicæ mutationes. 107
LXXXIII. Politia: ubi lustramen urbis. 108
LXXXIV. Civilis societas 110
LXXXV. Mercatores. 112
LXXXVI. Medici cum pharmacopolis & chirurgis. 113
LXXXVII. Judices cum judiciario processu, criminalique exequutione. 116
LXXXVIII. Ritus recreationis. 119
LXXXIX. Convivales ritus. 121
XC. Sepulchrales ritus. 123
XCI. Regnum, ubi lustramen regionis. 125
XCII. Regni administratio. 126
XCIII. Turbæ regnorum & bella. 128
XCIV. Religio. 130
XCV. Gentilismus. 131
XCVI. Judaismus. 132
XCVII. Christianismus. 133
XCVIII. Mahomedismus. 134
XCIX. Providentia Dei, finis rerum. 135
C. Clausula, seu exitus. 142

FINIS.




15 - 18
Coelum
Aer
Globus terra et aquæ
25
Nova
Fal - ca - ta
Divi:
Gib - bo - sa
Plena


26
145
41
Septentrio
Aquilo
Boreas
Cæcias
Euroaquilo
Subsolanus
Eurus
Euronotus
Vulturnus
Phoenicias
Auster
Notus
Libonotus
Austro Africus
Africus
Libs
Notolibius
Favonius
Zephyrus
Corus
Caurus
Thrascias
Hypocorus
Circius
Occasus
Oriens
Meridies

Mare 49

A. Promontorium . B. Fretum . C. Insula. D. Sinus.
E. Peninsula . F. Isthmus G. Continens.

54 Halo

Sol

Par: elq

29

Crinitus. Barbatus. Caudatus.


Libella.
Perpendiculum.
Circinus.
527
527
Quadrans
528
Dimensio per quas drantem

215 - 225

226

226

228 - 230

1 Cor 2 Pulmones. 3 Peritonæum. 4 Ventriculus
5 Jecur. 6 Vesicula fellis. 7 Lien. 8 Renes.
9 Vesica. 10 Intestina. 11 Diaphragma

Pyramis. 408 Obeli-scus



Colossus.

Labyrinthus.



Archimedea cochlea. 462

Liber Columnatus.

495

Liber Linguatus.

538 - 542



Aequator. AB. *Tropicus Cancri* CD. *Tropicus Capricorni* EF. *Zodiacus* CF. *Axis mundi* GH, *Polus septentrionalis.* G *Polus meridionalis* H. *Poli Zodiaci* IK *Circelli polares* KL *et* IM. *Horizon* NO. *Meridianus* GAHB. *Zenith* F. *Nadir* Q

Schema adspectuum

549



598

Schema Coeli



Statera

534

533

517

Linea recta

Linea curva

Linea spiralis

Linea parallelæ

Linea obliquæ

518

B

D

A

C

E

Linea perpendicularis

Anguli { rectus ACB
acutus BCD
obtusus ACD

520

D

B

A

C

H

B D C K. Circumferentia
A. Centrum
A B Vel AC. Radius
B A C. Diameter

Triangulum acutangulum

Triangulum rectangulum

Triangulum obtus angulum

521

Quadratum

Oblongum

Rhombus

522

Orbis
523
Globus
Cylindrus
Corpus ovale
Corpus orbiculatum
Conus
Turbo
Cubus
527
Tribulus
Amussis
Norma
Regula
Pertica


Polus terræ Arcticus
Zona frigida septentrion.
Zona temperata septentrionalis
Tropicus Cancri
Zona torrida
Tropicus Capricorni
Zona temperata australis
Zona frigida australis
EUROPA
ASIA
AFRICA
AMERICA
Plaga australis incognita
Magallanica
Polus terræ Antarcticus
553
Globus Terrestris.
15


Polus mundi Arcticus.
Circ. Polar Artic.
Tropicus Cancri.
Æquator
Tropic. Capricorni.
Circ. Polar Antartic.
Polus mundi Antarcticus
Globus Cœlestis.



JANUA LINGUÆ LATINÆ.

CAP. I.

INTROITUS.

LEctor amice, salve.

2. Si rogas, *quid sit esse Eruditum?* Respondeo, *Nôsse Differentias Rerum, & posse signare Rem quamque propriâ appellatione suâ.*

3. Nihilne præterea? Nihil adeó: Is posuit fundamentum eruditionis totius, qui perdidicit Nomenclaturam Rerum.

4. Nam, Vocabula sunt notæ Rerum: Verbis rectè perceptis, Res percipiuntur: Et utrumque discitur melius junctim, quàm separatim.

5. At id est forsan difficile? Facillimum, si eatur ordine concinno, quò res digestæ sunt in se ipsis, lubentiaque adsit, & attentio sedula.

6. Aude me sequi! Traducam te per omnia; ostendamque tibi Res singulas, ibi, ubi sunt: & appellabo sic, quomodo appellandæ sunt.

7. Quicquid conspexerimus, (inquam) nominabo tibi, & describam primò rem totam, ut scias quid sit; tùm partes ejus, ut intelligas quid habeat; demum differentias illius; ut tibi notescat, quot modis aliquid fit, faciat, deficiat: & quomodo id Latinè sit efferendum proprié.

8. Eia! prodeamus *sub dium*; ibi contemplaberis, quicquid Deus ab initio produxit, & adhuc operatur per naturam.

9. Post adibimus *Villas, Opificinas, Scholas*; ubi conspicies, quomodo homines, tùm accommodent divina illa opera usi-

bus suis, tùm erudiant seipsos in *Artibus*, *Moribus*, *Linguis*.

10. Dehinc intrabimus *Domos*, *Curias*, *Principúmque Aulas*: ad spectandum, qualiter gerantur communitates.

11. Tandem visitabimus *Templa*; ubi observabis, quam diversè mortales quærant venerari Creatorem suum, illíque uniri spiritualiter; & quomodo rursum ille moderetur omnia per omnipotentiam suam.

12. Ita nobis cuncta venient in conspectum, quæ usquam sunt vel fiunt, tibíque innotescent (rationabili inspectatione Rerum, ac nomenclatione) *Res ipsæ Naturales*, *Artificiales*, *Morales*, *Divinæ*, *totíque Latinitas pura*.

13. Pavescísne, quod habemus transire tam multa? Confide! dum ibimus rectâ, & continuò, poterimus pertransire citò: neque tædebit te deambulationis tam jucundæ, ubi semper nova spectacula obvenient.

14. Ora Deum, ut fortunet institutum! &, si voles subsequi me alacriter, spera profectum bonum, ultra quam promisto.

CAP. II.

Prima forma Mundi, Elementa.

15. En sumus *sub dio*! Circumspice jam! Quicquid vides, sursum & deorsum, prorsum retrorsum, dextrorsum & sinistrorsum, *Mundus* est.

Vide Tabulam I.

16. Fornix ille spatiosus, expansus supra nos rotundè, vocatur *Cœlum*.

17. Pavimentum autem hoc suppositum pedibus nostris, & circumfluum hinc indè *Aquis*, est *Terra*.

18. Denique, spatium istud pellucidum, quod ambit nos undique, & interjacet æqualiter fornici ac pavimento, dicitur *aer*. *Vide Tab.* I.

19. Hæc *Elementa* quatuor producta mox in Creatione, e informi & tenebroso Chao, sunt discreta in regiones, ideò ut reliquæ creaturæ possent habitare in illis, nutriríque ex illis; &, cum intereunt, resolvi rursum in illa.

20. Omnia loca sunt plena Elementis, ídque cohærentia irruptâ, cum perpetuo ad invicem tritu, ac mistione: unde provenit corruptio rerum, novâque generatio aliarum.

CAP

CAP. III.

Æther cum Astris.

21. Suspice *æthera*! Ecce ibi sydera, illuminantia tenebras radiis suis lucidis, & excalefacientia ardore suo, colliquantiáque Elementa; & dimetientia nobis tempora perenni suo cursu (quem habent à sua flammante vi.)

22. *Sol* est fulgentissimus inter illa, origo nostræ lucis: facit nobis præsentiâ suâ *Diem*, absentiâ *Noctem*: post ejus occasum mox vesperascit, ante ejus exortum venit *Aurora*, moxque diescit. Cum luceseit, vocamus *diluculum*; cum noctescit, *crepusculum*.

23. Idem *Sol* facit *Ver* annali suâ ad nos propinquatione; *Autumnum* verò, à nobis recessione: & utrobique Æquinoctium, vernum & autumnale: cum fertur summus, Solstitium, & *Æstatem* atque æstum; prumam verò cùm imus est, orditúrque *Hyemem* & gelua.

24. A sole igitur exoritur primariò temporum dimensio: quia circuitus ejus facit *Diem*: qui dividitur in viginti-quatuor *horas*, hora in sexaginta *minuta*: septem dies dant *hebdomadam*, harum quatuor faciunt *mensem*; duodecim menses constituunt *annum*, centum anni unum *seculum*.

25. *Luna*, vicaria absentis Solis, splendet non suo, sed alius mutuatitio lumine: à quo irradiatâ semper mediâ sui parte, non semper obvertit illuminatam illam faciem nobis habitatoribus terræ: ideò dum ab illo divagatur, paret nobis jam *crescens*, *jam decrescens*, jam *plena*, jam *gibbosa*, jam *dividua*, jam *falcata*, jam *nulla*; facítque noctem jam *illustrem*, jam *sublustrem*, jam *illunem*. *Vide Tab.* 1.

26. Præter hæc duo luminaria, vise nocte serenâ triplices *Stellas*, primùm *erraticas quinque* (Planetas vocitant,) variantes motum, & distantiã, tam à se invicem, quàm à nobis; *Saturnum* pallidum, *Jovem* splendidum, *Martem* rutilantẽ, *Mercurium* valdè radiantem; *Venerémque* venustam, quæ Solem antecedens, & mane coruscans, (mensibus novem) cognominatur *lucifer*: Solem autem insequens, & vesperi collucens (totidem menses) *vesperugo*.

27. Dehinc *stellas fixas* (hoc est, immotas distantiis inter se) sparsas per totam ætheream

ſphæram, quas internoſcas à planetis ſcintillatione: hæ namque ſcintillant, illi non item: præterquam quòd etiam à Venere & Mercurio tremulum jubar emicat.

28. Sunt & *exiles ſtellulæ*, ſine conſpicillis inconſpicuæ; quæ circa ſe ſpargunt ſplendorem duntaxat: ut videre eſt in albido illo circo porrecto per medium ſtellati cœli, quem vocant *viam lacteam*.

29. Stellæ tertii generis ſunt extraordinariæ, rariſſimè apparentes, *crinitæ* aut *barbatæ*, vel *caudatæ*; nuncupamus *cometas*: qui fulgeántne fulgore proprio an alieno, incertum eſt. *Vide Tab.* 3.

CAP. IV.

Ignis, cum Meteoris ignitis.

30. Contuitus ex ignes ſidereos inexſtinguibiles: noſter ſublunaris alitur pinguitudine rerum: hac abſumptâ, exſtinguitur: fovet calore ſuo propinqua, urit ardore proxima.

31. Quicquid aret, id perfacilè *ardeſcit*, & mox *gliſcit*, tum *flammat*, ac, ſi perflatur, flagrat: crematúmque redigitur in favillas & cineres. Quod autem humet, (multo autem magis quod madet) in uſtione *fumat*, *ſæpigat*, *crepitat*, *ſcintillas disjectat*.

32. Perexigua ſcintillula incendit facilè, ſi in quicquam *ſtramentitium*, vel *ſtupeum*, vel alias *flammeſcere idoneum* incidit: ſed tu, ut incendium reſtinguas, comprime flammam confeſtim, vel affunde aquam, vel disjice fomitem.

33. Flamma eſt ardens fumus: qui adhærens fumario ſpiſſatúſque, dicitur *fuligo*, abradenda ſæpius, nè ignéſcat.

34. Ignitum lignum vocabis *torrem*, extinctum *titionem*: hujus autem particulam *carbonem*: qui ſi etiamnum candet, *pruna* eſt.

35. Res torrefactæ æſtu emittunt *exhalationes ſiccas*: quæ in aërem ſublimatæ, ibíque accenſæ, excitant *meteora ignea*: ſubitò diſparentia: ut ſunt (1) *ſtellæ cadentes*, (2) *dracones volantes*, (3) *ignes fatui*; (4) item *fulgetra*, (5) *coruſcationes*, (6) *chaſmata*.

36. Quando verò halitus iſti per incenſionem colliduntur inter ſe, ciéntque *fulgura* & *tonitrua*, cum terribili fragore, cùm *fulgurat*, *tonat*, *fulminat*; ut, attoniti, expavéſcamus.

37. Evibrata indè flamma dicit

dicitur *fulmen*, quòd ſe momento diſſipat, & quicquid eo *icitur*, ſubitò *penetratur*, *diſcutitur*, *concidit*: quandóque & *imburitur*, vel penitùs *comburitur*.

CAP. V.

Aër, cum Ventis.

38. *Aër* agitatur perpetuò, (quia expoſitus radiationi ſiderum) idque valdè utiliter, ob vegetationem rerum: hinc ejus *ſtatus* & *fluxus* ſunt diverſi.

39. Si *caleſcit*, tùm *rareſcit*, & dilatat ſe extra ſe: quum *rigeſcit*, tùm *ſpiſſeſcit*, & *conſorquet* ſe intra ſe: utrobíque ſi quietus eſt, *ſtat*: ſi commotus, *flat*: nunc leniùs, nunc vehementiùs.

40. Lenis *aura* ſpirans fovillat nos: impetuoſa *procella* res quatit, procellit, proſternit. *Turbo* circumagens ſe in gyrum turbat omnia, donec mitiſcat & conquieſcat.

41. Cardinales venti cum ſui medianis, reliquíſque incircurrentibus, habent nomina ejuſmodi. *Vide Tab.* 2.

42. *Boreas* & *Eurus* aſperant, diſtringunt, gelant: *Auſter* & *Favonius* remolliunt, reſolvunt veligant; *Gelicæ* fiant ſtatis temporibus anni, alibi tamen aliter.

43. *Aër* explet etiam ſubterreas cavernas, cujus flamina ibi concitata, dum eruimpere quærunt, tremefaciunt terram, undè *terræmotus*: dum erumpunt cogunt eam deſidere, undè *labes*, &c.

CAP. VI.

Aqua, cum aqueis Meteoris.

44. Aqua *ſcaturit* è latice, *ſalit* è fonte, *manat* per rimas, *fluit* in plano; cujus minima pars *gutta*, maxima *mare* dicitur.

45. Fontes ſalſi dicuntur *ſalinæ*; acidi, *acidulæ*; calidi, *thermæ*: illæ aſſerviunt decoquendo ſali, iſtæ potioni medicabili, hæ lavationi morbidorum.

46. *Rivi* emanant è *ſcatebris*, confluunt in *fluvios*, tum in *flumina* intra ſuas ripas decurrentia. *Amnis* verò eſt fluvius huc illuc circumfluus; *torrens*, fluvius collectus ex aquis pluvialibus, rapidè defluentibus; *eluvio*, fluvius exundans è ſuis alveis, & devaſtans agros.

47. *Fluentum* nuncupabis, ubi aqua fluit; *vorticem* & *gurgitem*, ubi gyratur; *voraginem*, ubi se ipsam absorbet; *abyssum*, ubi expers fundi est. Aqua sicubi destituitur profluvio, ac decursu, ibi tumet, ac se diffundit in *stagna* & *lacus*: *plaudes* sunt scaturigines languidæ, sine fluxu: *lacuna*, confluvium limi.

48. *Mare* salsum est ad instar muriæ: cujus *unde* intumescunt bis de die (ab intranea æstuatione) affluúntque ad littora, & diffundunt se in æstuaria, refluúntque reciprocè cum sonitu horribili, maximè inter *freta*.

49. Idem mare, ubi inæqualiter tellurem terminat, efficit aut *sinum* aut *promontorium*: ubi circumluit undique, *insulam*; ubi majore parte, *peninsulam*; quam *isthmus* jungit *continenti*.

Vide Tab. 3.

50. *Vapores* aquosi sursum feruntur: quibus cum aër crassescit, dicitur *nubilare*. Nubilum verò seu caligo spissata prope terram, *nebula* est, (unde rorat:) sublevata altiùs, *nubes*, (unde pluit, ningit, grandinat,) nullibi conspicua; *sed dum*.

51. Evaporatio excitata, interdiu, conspissatáque frigedine nocturnâ, & accorporata herbis, dat *rorem*: quem mellitulum, vocant *manna*; gelascentem, *pruinam*: elevatio autem vaporatio, concreta majori frigore, (in spumescentes, guttulas seu floccos) dat *nivem*.

52. Destillatio nubis resolutæ in aquam, si fit minutatim dicitur *roratio*: si lentè, *pluvia*; si densè, *imber*: si impetuosè *nimbus*: si guttæ inter delabendum conglaciantur, *grando*: incalescunt, *uredo*, adurens plantas rubigine.

53. Gutta stillans è pluvia *stilla* est: quæ decidens in aquam, facit *bullam*: congeries bullarum minutissimarum, *spumam*: sed cum stillatio rigescit, fiunt *stiriæ*: cum aqua congelascit (stando vel fluendo) *glacies*.

54. Circulus in roscida nube albicans (ob luminaria) vocatur *halo*: solare simulacrum (ad solis latus) *parelius*, lunare, *paraselene*: *iris* est varicolor arcus, contrapositus quandóque Soli; cujus pallo

inde

index est venientis pluviæ, claritas & serenitas abeuntis. *Vide Tab. 3.*

CAP. VII.

Terra, cum Mineralibus.

55. Despice nunc ad *terram*, quàm habeat hîc quidem vastas *planities*, ibi *tumulos* & eminentes *colles*; alibi *fragosa* loca, imò & altos *montes*, profundásque *valles*: arduas & abruptas *rupes*, præcipitésque *hiatus*: hîc herbidos *cespites*, ibi arida *glabreta*: alibi udas *uligines*, humorem semper eliquantes: & quàm sit hîc *argillosa*, alibi *arenosa*, alibi *saxosa*.

56. Si queas intueri ejus interiora, videres plenam *meatuum* & *specuum*: quos vaporationes perstant, & fluores perfluunt: è quibus (diversimodè coalescentibus) generantur *fossilia* & *minerae*.

57. *Glebam* si teris, aut frias, *pulvis* erit; si diluis, *lutum*: sed turbida aqua deponit *limum*: pedibus calcamus *cœnum*.

58. *Argilla* est terra tenax, figlinis apta: *marga* pinguis, idonea stercorandis agris: *creta* & *ochra* colorata, conveniens pigmentis: ea hac exusta, fit *rubrica*: quæ omnes mineralium inceptio sunt.

CAP. VIII.

Succi minerales.

59. Minerales succi generantur (variæ formæ & usûs) si mineralis fluor coalescit tantùm leviculâ alteratione.

60. *Alii* sunt *liquabiles aquâ*: nempè omnis salsugo, dissiliens in igne, & crepitans: ut *sal commune* ubique notum, (sive fossilium, sive decoctum:) *alumen*, dulcore adstrictorio: *vitriolum*, acore adstrictorio: *nitrum*, subacidum: (aliâs nominatim sal *nitri*, & quando concrevit *sal petræ*.)

61. *Alii sunt inflammabiles igne*: scilicet quælibet pinguedo terræ, tam concreta, quàm liquida: ut est *sulfur* concipiens ignem celerrimè: & *naphtha*, etiam deprocul flammescens: & *succinum* translucidum, *ambra*que fragrantissima, & alia *bitumina* non unius generis.

62. *Alii friabiles in pulverem*, & convertibiles in pigmenta: *arsenicum* albens, *auripigmentum* luteum, *sandaracha* & *cinnabaris* rubicundæ, *stibiúm*que (seu *antimonium*) plumbeo colore nitidum.

CAP.

CAP. IX.

Metalla.

63. Quando mineralis liquor (percolatus multifariam) conduratur in tantam soliditatem, ut non liquescat, nisi acerrimo igne, mox tamen rursum consistat, confit indè *metallum*, flexile ac ductile.

64. *Plumbum* est crudissimum; è quo paratur *minium*, pro picturis; & *cerussa*, pro emplastris; & *lythargyrum*, pro incrustatione fictilium.

65. *Stannum* est excoctius, & paulò durius: *ferrum* durissimum, arroditur tamen ferrugine: sed quando depuratur, magísque etiam eduratur, fit *chalybs*.

66 *Cuprum* obducitur ærugine: cadmiæ vero commixtum, fit *orichalcum*: melius fundi quam tundi aptum, ob suam friabilitatem.

67. *Argentum* est purius istis: habet nihilominus suas scorias.

68. *Aurum* est purissimum, idcirco ponderosissimum; præsertim *obryzum*: quod immissum catillo vel centies, deperdit nihil substantiæ; nec sentit ullam rubiginem.

69. *Talcum* est etiam metallaris naturæ, quod tamen nec liquari patitur, nec malleari o indomabilem duritatem: cù ex adverso *argentum vivum* nun quam durescat: liquet eni semper, licèt nullam rem hu mectet, aut madefaciat.

70. *Electrum* est mistura me tallorum.

CAP. X.

Lapides vulgares & pretiosi.

71. *Lapis* est indurata terr qui comminutus, dicitur *rena*: hæc autem crassior, *gl rea*.

72. *Tophus* est arenaceus scaber: *pumex*, multicavus spongiosus: *lapis scissilis*, læv & atricolor (inservit script riis tabellis, straturísque ctorum:) *phengites*, fissilis est pellucidas lamellas: *calcari* ustulandus in calcem & g psum; *bituminosus* inflamm bilis & exustilis.

73. *Silice* elidimus ignem *cote* acuimus ferramenta ret sa: *coticula* probamus metal *magnete* attrahimus ferrum: *h matite* sistimus sanguinem: *s rite* scindimus vitrum.

74. *Saxum* est major lap jacens humi, sive exstet, s lateat: *scopulus* & *cautes*, pr minens; prædurus, & tamen l

vigabil

gabilis, *marmor* dicitur.

75. Lapillus exiguus lucens & micans, *gemma* dicitur: habet nubeculam aut scabriem, vitiosa est.

76. Eximiæ gemmæ sunt, *carbunculus*, flammeus; *adamas*, ænitidus: *hyacinthus*, aqueus: *smaragdus*, viridis: *jaspis*, subviridis, (interpunctus tamen maculis sanguineis;) *sapphirus*, cærulea: *topazius*, aureus: *rubinus*, sanguineus.

77. Paulò viliores sunt, *calculus* (nunc *carniolus*) & *granatus*, utérque rubens; *achates* quodammodo croceus.

78. *Crystallus* reperitur in cavidosis antris, (formâ hexagonæ stiriæ,) *margaritæ* (uniones) in ventribus concharum; *corallium* est marina arbuscula, petræ subaquæ adnascens; in ramos protracta, lapidescens, rubescens.

CAP. XI.

Stirps in genere, & fungi in specie.

79. *Stirps* protuberat è terræ cui inhærens radice, germinat reliquo corpore in aërem, bibénsque humorem fibris, inque convertens in succum, digerens, alescit, vigescit, crescit: destituta succo languescit, flaccescit, marcescit, arescit.

80. *Fungus* est rudimentum *plantæ*: radicescit deorsum debiliter, caulescit quidem sursum, non tamen frondescit, sed concorporatur in orbicularem massam molliculam, inferi è stirpis tam.

81. *Tuber* (infimum fungini generis) continet se sub terra, nec *extuberat* foras, nec radicat infra se, obtegens se tantum corticella: unde dicitur *callus terræ*.

82. Fungorum *alii sunt edules*, (præstantissimi eorum *boleti*, *caprioli*, *resuli*, *spongiolæ*, & *piperites*, quorundam, lautitiæ:) *alii virulenti & noxii*, ut *muscarii*, *pulverulenti*, & plerique alii.

83. Vera stirps habet radicem fibratam, stipitem corticosum, ramusculos foliosos, plerumque brachiatos: quarum minores (quotannis emoriéntes & renascentes) nominantur *herbæ*: grandiores (& perennantes) *arbores*: mediæ procéritatis (& durationis) *frutices*.

CAP. XII.

Herbæ, herbaceique fructus.

84. *Herba* innititur cauli suo (simplici vel multi-lici,

unde unicaulis vel multicaulis dicitur) est vel *alimentaria*, vel *coronaria*, vel *medicamentaria*.

8. Ex alimentariis sunt (nec enim omnes esitamus) primò *sponte nascens gramen*, viridans solum, non sementans: dehinc *sativa*, *olera*, & *fruges*, ferentia semen & florem; aliqua etiam, fructum.

86. Gramineæ herbæ sunt, *muscus*, utilis oppilandis rimis: *carex*, molesta fænisecis acie suâ: *centinodia* (polygonum) serpens humi: *trifolium*, aliaque infinita.

87. Olera nobis præbent ad comesturam *folia*, vel *radices*, aut *fructus oleraceos*.

88. *Folia* præbet *lactuca*, *artiplex*, &c. imprimis verò *brassica*: quæ prius sata, post transplantata, fit capitata: succrescens verò in caulem altiorem, & extenta folia, dicitur *crambe*: sed *asparagus* dat thyrsos, *scolymus* capitella.

89. Longiusculas *radices* suppeditant, *rapum*, *naphus*, *raphanus*, quæ albent; *pastinaca*, quæ pallet; *siser*, quod flavet; *beta*, quæ rubet: at bulbosas radices dat *cepe*, *allium*, *porrus*: (hæ bulbaceæ habent loco foliorum thallos;) resolvitúrque *bulbus cepæ* in tunicas bulbulus *allii* & *porri* in nucleos.

90. *Fructus oleracei*, *cucumeres*, *melones*, *pepones*, su[illegible] ferè cylindraceâ formâ: qu[illegible] rum maximum genus, *cuc[illegible] bita* est. Fragaria dat fraga.

91. *Fruges* adferunt *gran[illegible]* spicatæ quidem in *spicis*, pa[illegible] culatæ in *paniculis*, siliqu[illegible] in *siliquis*: quarum istæ & i[illegible] *frumenta* dicuntur, hæ *leg[illegible] mina*.

92. *Frumenta* erigunt se [illegible] culmum, interstinctum ge[illegible] culis; cacuminant verò se, [illegible] in spicam, foventem gra[illegible] glumis, præmunientémque [illegible] ristis (quanquam sunt & m[illegible] ticæ) ut *triticum*, *hordeu[illegible] ador* (*spelta*, *zea*,) *triticum* [illegible] *dicum*: aut in paniculam, co[illegible] plectentem granula fasciat[illegible] ut *avena*, *oryza*, *milium*, *pa[illegible] cum*, *fagopyrum* (frument[illegible] Saracenicum.)

93. *Legumina* habent scap[illegible] debiliorem, tametsi etiam [illegible] niculatum; pro spicis au[illegible] siliquas, includentes *grana* [illegible] *vulis*, ut videre est in *faba*, *p[illegible] ervo*, *phaseolis*, *lupino*, *vi[illegible] lente*, *cicere*.

94. Additamenta frug[illegible]

ſunt; *linum*, *cannabis*, & *urtica*, ſtamine commendabiles.

95. *Ad eſcarias pertinent condimentariæ*: quæ conditioni dant aut folia, ut *acetoſa*, *endivia*, *naſturtium*, &c. aceta-riis ſervientia; aut granula, ut *ſinapis*, *cuminum*, *carum*, *anethum*, *aniſum*, *fœniculum*, *coriandrum*; aut flores, ut *crocus*; aut radices, ut *raphanus major*, *calamus aromaticus*, *galanga*, *zedoaria*, *zingiber*, &c.

96. *Coronariæ* herbulæ ſunt floridæ & odoratæ, è quibus fiunt *ſerta*, *coralla*, *ſervias*, pro olfactoriis: nimirum *viola*, *paeonia*, *caryophyllus*, *amaranthus*, *amaracus* (*majorana*,) *lilium*, *tulipa*, &c. *Iſatis*, (ex qua conficitur Indicum,) & *rubia*, tinctoriæ ſunt.

97. *Medicamentoſarum* aliquæ ſunt hortenſes, ut *hyſſopus*, *paviſticum*, *mentha*, &c. aliquæ ſylveſtres, ut *angelica*, *lilium convallium*, *ſcolopendrium*, &c. cæteræ ſ rè campeſtres, *betonica*, *centaurium*, *cichorium*, *enula*, *melliſſa*, *plantago*, &c.

98. *Aloë*, *helleborus*, *rhabarbarum*, *ſena*, ſunt purgantes: *aconitum*, *cicuta*, *napellus*, venenatæ, radicitùs eruncandæ: capitulum *nigri papaveris* vulneratum, deſtillat *opium* quod vim habet ſoporandi, & ſtupefaciendi, imò & enecandi.

99. Poſtremò, quædam herbæ innaſcuntur aquis, & ſupernatant, ut *alga marina*, *lens paluſtris*, *tribulus aquaticus*; ſed *fiſtuloſa ſpongia*, ſub aqueis ſaxis ſupernatat, etiam indè exempta, bibula eſt.

CAP. XIII.

Frutices, fruticique fructus.

100. Stirps ligneſcens, & multiplice caudice fruticans, appellatur *frutex*, quorum notiores tibi referam.

101. *Corylus* fert nuces avellanas: *pruſtellus*, pruna ſilveſtria; *ſambucus*, baccas ſambuceas; *paliurus*, baccas paliuri; *roſa*, roſas; *canirubus*, agreſtes roſas, & poſtea baccas *cynosbati*.

102. *Vinifera vitis* profert vinaceas uvas; *ſpinifera vitis*, uvas ſpinas, (creſpinas;) *oxyacantha* ♃ berberes; *ribes*, S. *Johannis* baccas; *rubus* (hujus mi-rubus,) mora rubi; *rubus Idæus*, mora rubi Idæi; *capparis*, capparis.

103. *Ceratonia* dat dulces ſiliquas; *Cinnamomum*, cinna-

mum; *glycerrhiza*, mellitam radiculam: sed *hedera* arbores scandens exedit eas.

104. *Balsamum*, odoratissima arbuscula, si inciditur vitreis osseísve cultellis, (nam ferro incisa emoritur) eliquat *opobalsamum*, succum pretiosiorem auro.

105. *Gossipium* fere quiddam non absimile nuci, quæ dehiscens, detegit circa nucleos glomum lanæ inculcatum: quem redordari, & indè conficere lina gossipina, est muliebris labor.

106. Isti palustres etiam sunt fruticosi: *juncus* palmipedalis: *scirpus* (canna) tricubitalis, gerens in summitate typhas, qui cùm sit enodis & mollicellus, texuntur ex illo *scirpeæ*, *canistra*, *mattæ*: tandémque lignosa & nodosa *arundo*.

107. Quæcunque paulo minora sunt fruticibus, *suffrutices* vocantur: ut *ruscus*, & reliqui cardui; itémque *ebulus*, *erica*, *nardus*, *lavendula*, *ruta*, *salvia*, *rosmarinus*, *absinthium*, *artimesia*, & *myrtillus*, ferens nigra & rubra myrtilla seu vaccinia, &c.

CAP XIV.

Arbores, arboreique fructus.

108. Stirps in altum ex crescens, & è stipite expandens robustos ramos, obtégensque se frondibus, *arbor* est circumtecta *cortice*: sub qua reperies *librum* & *alburnum*, mox ligni *pulpam*, & in penitissima pulpa *medullam*.

109. Quædam habent lignum interveniis distinctum, ideóque *fissile*; aliæ *lentum* & *flexile*; aliæ *rigidum* & *fragile* pro vario usu.

110. *Folia* sunt omnibus *venosa*, multis *lanuginosa*, plerísque per ambitum *crenata* (*serrata*:) decidunt sub hymem, vere regerminant, præterquam gummosis, *buxo*, *taxo* & aliis, quæ semper virent.

111. Quædam fiunt umbriferæ, ab exuberante copia viridantium foliorum, opacantes *vireta*: ut *tilia*, *platanus*, *acer*, *fraxinus*, *ulmus*, & *cæteri latifoliæ*.

112. Steriles ministrant vel pabulum foco: ut *alnus*, *betula*, *fagus*, *ornus*, *populus alba*, *pop*

lus nigra; vel materiam ædificiis: ut *quercus*, *pinus*, *larix*, *cedrus*, &c. vel vimina, quorum contextione *corbes* & *crates* fiunt, ut *salix*, *ligustrum*, &c.

113. *Pomiferæ* sunt notissimæ fructiferarum, habentes fructum extrinsecus intectum molli corticellâ, intus vel *granatum* vel *osficulatum*.

114. Granata poma sunt, *ficus*, *pyrum*, *malum*, (quod vel vulgare est, vel *aureum*, *citrium*, *punicum*, *cydonium*) *mespilum*, *sorbum*: osficulata sunt, *cerasum*, *prunum*, *Persicum*, *Armeniacum*, *oliva*, *cornum*.

115. Proximæ pomiferis sunt *nuciferæ*, quæ sub cortice duro occultant nucleum inclusum putamini, ut *juglans*, *amygdalus*, *castanea*; sed è *palma* accipies dactylos, ex *abiete* strobilos, è *quercu* gallas; è *subere* & *rice*, glandes; è *fago*, glandes aginas.

116. *Bacciferæ* sunt, quæ racematim ferunt baccas molliores, *morus*, *laurus*, *sorbus silvestris*, &c.

117. *Aromatiferæ* sunt nobis innominatæ: quæ progignunt *piper*, *caryophylla*, *nuces myristicas* (seu moschatas) macidi inclusas, aliósq odoriferos fructus, è quibus condituras paramus.

118. Resinosæ sunt *pinus* & *picea*: è quibus *resina* exsillat, ex hac autem eliquatur *pix* & *axungia*; & *lentiscus*, ex qua colligitur *mastiche*: & *terebinthus*, è qua flait *terebinthina*: & quæ *myrrham*, *thus*, *camphoram*, cæteráque gummi exsudant.

119. Vis scire quomodo fructificent? Ante omnia *surculus* gemmat, tùm *gemma* hians protrudit florem, (in *ficu* prorumpit *grossulus* sine flore; in *coryle* *julus* ante gemmationem) tandem *fructus* (petiolo pensilis) crescit, donec maturescat.

120. Arboretum frequens, est *sylva*: quam amœnè viridicatam, dices *nemus*; densam & inviam, *saltum*; disparatam & interciscam, recrescentémque, *sylvam cæduam*; opacam & incæduam, *lucum*: speciatim autem, *quercetum*, *pinetum*, *betuletum*, *salictum*, &c.

CAP. XV.

Animalia in genere, & in ſpecie variâ: palpitantia, repentia, ſerpentia.

121. Quod eſt præditum *vitâ, ſenſu,* & *libero motu,* eſt *Animal.*

122. Vitam accipiunt naſcendo, continuant nutricando, propagant ſui ſimile generando: ideóque *ſexu* diſcreta ſunt.

123. *Senſum* exercent (potiſſimùm alimenti causâ) *tangendo, olfactendo, guſtando, audiendo, videndo.*

124. *Motum* adhibent (ad proſequendum bonum & fugiendum malum) alata volando, pinnata natando, pedata gradiendo.

125. Quando animal ſe non movet, tùm aut *cubat,* proſtratis membris; aut *ſedet,* ſubſtratis inferioribus, arrectiſque ſuperioribus; aut *ſtat* rorum erectum, ſuper pedes ſuos ſe æquilibrans, aut fulcimento alicui connitens.

126. Quædam tamen animalcula promovent ſe *palpitando* duntaxat, aut *rependo,* vel *ſerpendo*: cùm ſint velut rudimenta animalis generis ut *concha, vermiculi, ſerpentes.*

127. *Concha,* incluſa conchis teſtaceis, (quibus carens exſanguis & viſcoſa arctiſſimè adhæret) dimovet ſe paulatim (ſub aquis) levi palpitatione: quarum apprime ſunt oſtrea *ſuculenta, concha margaritifera* & *purpura,* purpureum ſuccum evomens.

128. Tardigrada *chochlea* circumfert ſecum teſtaceam ſuam domunculam; putantur carere oculis, ſicut & *limaces,* ſed habent cornicula, quibus prætentant iter.

129. *Vermes* repunt contorſione & evolutione corporis pulſuli; è quibus rebus gignuntur, ex iiſdem quærentes nutrimentum, erodunt ea: *acari* ceram, *termites* carnem, *tineæ* veſtes, *blattæ* libros, *teredines* (coſſi) ligna, *lumbrici* uvidam terram, *volvoces* (corvolvuli) vitem, *curculiones* frumenta, *erucæ* plantas, *bombyces* mori folia, &c.

130. Sed *inſecta* ſunt expeditiora, quibus dati pedicul

ut *pediculus* (pedunculus,) lendium progenitor; *pulex*, saltator; *ricinus*, canibus infestus; *cimex*, parietum & cubilium (præsertim abiegnorum) graveolens perreptator; *oniscus*, adhærens humescentibus muris; & *scolopendra* (dicta centipes, & millipeda à pedum multitudine) *formicæ* denique circa victum comportandum semper actuosæ; & *araneæ*, tenuissima aranea nectentes, quibus muscis insidientur.

131. *Serpentes*, oblongum corpus adepti, serpunt arcuatâ ejusdem corporis sinuatione: ut sunt, *anguis* communis; *coluber* sylvaticus; *natrix* aquatica; *aspis* venenosissima; *jaculus* vibrans sese ex arboribus in obvios; *vipera*, quæ sola parit catulos vivos; *amphisbæna* item, porrò ac retrò gradiens; & *basiliscus*, tam nocivus, ut solo visu necet: *draco* denique alatus serpens.

132. Solent serpentibus adnumerari, tametsi sint gressiles; *lacerta*, habens lacertosos pedes; *seps*, huic consimilis, sed minor; *stellio*, maculis aureolis picturatus; & *salamandra*, tam frigida, ut exstinguat ignem; *scorpio* denique, flexuosâ caudâ infligens lethiferos ictus.

CAP. XVI.

Aves, aliaque volatilia.

133. *Aves* sunt animantes aëriæ, quæ vibratu alarum & caudæ volant quò volunt: omnes pennatæ, plumatæ, rostratæque: (excepto *vespertilione*, qui pilosus & dentatus est, alásque membranaceas habet.)

134. Omnes item *bipedes* sunt (etiam *manucodiata*, quam esse apodem falsò perhibebant) sed grandiores ambulant solummodò; minores saltitant tantummodò; mediocres utuntur & incessit, & saltatu.

135. Rostro petunt cibaria, referciúntque ingluviem: & quamvis pitissent, nulla tamen mingit, quia humiditas diffluit in plumas vapore plenas.

136. Nidificant communiter in locis inaccessis: (*halcyon* dicitur nidulari in ipso pelago, tranquillo tunc æquore:) tùm ponunt *ova*, (quæ subter testa occultant albumen & vitellum) atque his postea incubando excludunt imp-

implumes pullos; quos vocamus, dum pipiunt, *pipiones*.

137. *Struthio* est maxima alitum, ob vastitatem corporis haud subvolans; *regulus* minima, sepes circumvolitans; *aquila* generosissima, absque victatione solem intuens; *upupa* despicatissima, cristata quidem, fœda tamen, quippe fœcoribus victitans; *pavo* formosissima, speciosam suam caudam subinde rotans, & superbiens; *noctua* deformissima, cum reliquis nocturnis, ut, *bubone* ominoso, *asione* aurito, *ululâ* flebili, *alcyone* fatali.

138. Cæteræ volucres sunt vernaculæ, vel advenæ; campestres, vel sylvestres, aut aquaticæ.

139. Nostræ vernaculæ ruspantur limeta; exemplî causa, *gallus*, certis horis cantitans, & in suo sterquilinio cristam erigens & cucuriens, cum gracillantibus gallinis, totâque gallinaceâ pullitie: tum *gallopavo*, gerens in capite *carnosam* vitram, & sub rostro paleam, irato valdè rubentem, cum sua *meleagride*: & *columbus* cum columba, pulchelli, si plumipedes.

140. Domesticis annumera, quæ gaudent habitare circa ædes: ut *hirundines*, vernunciatrices, *passeres* salaces, &c. *monedulas* item, *cornices picas*, & in turribus nidificantes *tinnunculos*: & ex aquaticis, *anseres*, atque *anates*.

141. *Campestres* sunt; *alauda* in aëre se vibrans, & cantillans; similisque huic *cassita* cirrata; *coturnix* caudâ curta (ideóque parùm volitans, cum vociferatione:) perdix palato gratissima; & *tarda* tardivola; & *grues*, admodum congruè advolantes; (nempe cuneatim, unâ prævolante.)

142. *Sylvestrium* major sunt: *tetraones* surdi, *phasiani* discolores, *attagenes* corylei gaudentes, columbi feri, (*palumbes torquatus*, & *livia* rubido pede) *cuculus* qui cuculando se prodit; castúsque putatur.

143. Minores distinguimus gustu; *ficedula* enim vescitur ficubus, *merops* apibus, *muscicapa* muscis, *curruca* vermiculis, *picus* arboreis rostrando, delitescentésque bestiolas extrahendo, iisdem; *turdus* pisci-

bacci-

baccis juniperinis, (dicitur cacare sibi perniciem, quia viscum pullulascit è ramo quem conspurcat.)

144. *Minimæ* sunt cantrices: ut *luscinia*, suavissima modulatrix; *parus*, parùm minuriens; *fringilla*, frigore friginiens; *galbula*, flavescens; tum *luteola*, victitans semine papaveris; *linaria* lini; *carduelis* cardui.

145. *Psittaci*, *sturni*, *merulæ*, quescunt imitari humanam vocem; *vanellus* est cristatus & clamosus.

146. *Rapaces* sunt carnivoræ, & solivagæ; quæ prædando uncis unguibus & rostris, alias dilaniant: ut *accipiter*, qui resupinatus evolat rectà cœlum versùs: eique congeneres; *nisus* fringillarius; *falco* belle oculatus; *buteo* ignavus; *milvus* pullatorum raptor; *vultur*, solis porticinis pascens, sicut & *pruus*.

147. *Aquaticæ* sunt palmipedes (natandi causâ:) ut *olor* candidissimus; *onocrotalus* insatiabilis (ingluvie sub ipso mox rostro propendula;) *pelicanus* rostro latissimo; *butio*, bovis instar mugiens; *querquedula* semper natans; *mergus* crebrò urinans, ut & *fulica*.

148. Cæteræ *piscivoræ* (non tamen palmipedes, eóque duntaxat circumvolantes aquas) sunt; *ardea* tortili collo; *ciconia* exstruens spineos nidos in tectorum pinnaculis; *gavia* piscatrix; *motacilla*, indefesse motitans caudam.

149. *Insecta* volantia sunt, tùm aculeata: *apes*, *vespæ*, *crabrones*; (fuci carent aculeo:) tùm rostello fodicantes, ut *muscæ*; inter quas *culices*, *tabani*, & *asili*.

150. *Cicadæ* indicant stridore suo fœnisecii tempus; *locustæ* sunt populatrices segetum; *papiliones* disseminatores camparum; *grylli* strident noctu; *hepioli* advolant lucernis.

151. *Cicindelæ*, *bruchi*, *scarabæi*, *scarabæi cornuti*, *cantharides*, &c. integunt alas vaginis.

CAP. XVII.

Piſces, aliaque natilia.

152. *Piſces* habent loco pedum *pinnas*, quarum remigio natitant; loco colli *bronchias*, quibus lympham ore immiſſam emittunt, & ſic veluti reſpirant: intùs *veſicam* turgidam, ad faciliùs fluitandum: quæ ſi rumpitur, perit ad nandum habilitas.

153. Plerique ſunt ſquamoſi; atque in his femellæ habent *ova*, maſculi *lactes*: alii glabri, lubrici, oblongi, ut *anguilla*, *conger*, *murena*, *lampetra*, *muſtela fluviatilis*, & reliqui de anguino genere.

154. Inter *fluviaticos*, maximi ſunt, *ſtlarus* bucculentus; *acipenſer* mucronatus; *Huſo* cartilagineus, grandeſcens uſque ad longitudinem viginti quatuor pedum: minimi verò, *apua*, *cobitis aculeata*, *cobitis barbatula* (fundulus,) *gobius*; dehinc *alburnus*, *perca* fluviatilis, *trutta*, *thymallus*, *barbus* (nullus) *mugil*, &c.

155. *Lacuſtes* ac *piſcinales* ſunt; *lucius*, *carpio*, *ciprinus* latus, *tinca*, *coracinus*.

156. *Pelagici* ſunt; *halec* quæ ſalitæ in tinis afferuntur & *paſſeres*, qui arefacti diſtruntur; & *aſellus*, qui eſui n eſt niſi contuſus; & *ſalmo*, flumina exſpatians; & *ra* pinnis in orbem expanſis; quidam volatici piſces, &c.

157. Omnes iſti ſunt o pari; *ceti* autem vivipari; *phoca*, *delphinus*, *orca*, *ſtator*, *balæna*, quàm ſcribunt reperi trecentarum ulnarum; habet tamen hoſtem *xiphiam*, aſſultans, eam cuſpidatiſſi roſtro compungit, t. ndém conficit.

158. Sunt & *aranea* m *næ*, nec ſanguinem haben nec ſpinas, (*mollia aquatilia* oant) ut *polypus*, octo brach prælongis metuendus; *loli* emittens atra rentalem ſ cum, nè videatur, & cap tur.

159. *Cancri* ſunt nata cruſtata, denis pedibus bi que chelis inſtructa; *cam* ſunt cancri prægrandes (cubitales;) *carabi* rotund *ſquillæ*, minutuli cancelli.

160. *Inſecta* elementi

jut sunt; *hirudo*, affigens se cuti nudipedis, exsugénsque linguâ bifulcâ sanguinem; *tipula*, tantâ levitate super aquam cursans, vel stans, ut non desidat; *seta aquatica*; equinum crinem referens.

CAP. XVIII.

Quadrupeda; primùm mansueta pecora, & jumenta.

161. *Quadrupeda* progenerant fœtum vivum, alúntque lacte uberum: grandiora unicum, & rarius; minutiora plures, & frequentiùs.

162. Pro integumento habent, vel *pilos*, vel *villos*, vel *lanam*, vel *setas* vel *squamas*; pedes autem vel *digitatos*, armatos unguibus, ut (*canis*, &c.) vel *ungulatos*; & quidem ungulâ vel solidâ (ut *equus*) vel bifidâ (ut *bos*.)

163. Quædam sunt *cornuta*, carentque superioribus dentibus; (quia materia horum transit in *cornua*:) quocirca ruminant cibum, habéntque quatuor ventriculos contiguos, *rumen*, *reticulum*, *echinum*, *omasum*; demúmque *intestina*, & adipis loco *sebum*.

164. Quædam sunt *mansueta*, sub hominum curâ viventia *pecora* & *jumenta*: alia *feræ*, sunt, *feræ* refugientes hominem, quæritantésque sibi ipsis pastum, & se abdentes per loca latebrosa.

165. *Pecorum* maximus est *taurus*, palearí pendulo notabilis; *vacca* prægnans dicitur *forda*: nondum fœta, *juvenca*; *vitulus* grandescens, *bucculus*, vel *bucula*.

166. Minorum pecudum sunt, *oves* lanosæ, cum *agnis* subrumis & abrumis, *arietibúsque* petulcis; qui vexati arietant, etsi cornibus inutili, quales sunt sectarii *vervices*.

167. Hirsutus *hircus* castratione fit *caper*, hic & illic aruteo spectabilis; petulantes *hædi* circumcursitant *capram*.

168. Setosi sunt *porci*, qui necdum castrati vocantur *verres*; exsecti, *maiales*; *porcelli*, fugentes *ferosæ* fumen & colostram, *nefrendes*; depulsi à mamma, *delici*.

169. Jumentum est pecus operarium seu veterinum; inter quæ maximus gibbosus, *camelus*, quò vehiculi vice utuntur: huic proximus *equus*, jubâ insignis, licet ferox, calci-

trans, effrenis & indomitus; domatur tamen, ut ſeſſori obtemperet: præſertim *cantherius* factus, ubi & hinnire deſinit; ſed pandus *aſellus* ſervit oneri bajulando, ruditque cum ab agaſone vapulat.

170. *Canes* & *feles* ſunt nobis cuſtodes; illi pecoris, contra fures; hi penoris, contra mures.

171. *Canis* enim prodit advenam latratu; improvidéque appropinquantem mordet, (præſertim catenarius) vel ad minimum baubatur; ſi irritès, diducto rictu ringitur; ſi percutias, quiritatur: ſed rabidus morſu reddit hydrophobos, latrantes more catellorum.

172. *Catus* perreptans angulos domûs odoratur ex muſcerda mures (quos muſcipula non capit;) tùm inſidioſè captat, diſcerpit, devorat.

CAP. XIX.

Quadrupeda fera: & amphibia.

173. Feræ majores dicuntur *bellua*; crudeliores, *ſtiæ*.

174. *Elephas*, maxima beluarum, dicitur terreri aſſectu muſculi, grunnitúque porcino: habet duos dentes quadricubitos, qui dant candidiſſimum *ebur*, pabulum vero attrahit *proboſcide*.

175. *Rhinoceros* eſt corpulentia ferè æquali, induitur ſquamis oſſeis, & gerens naſo acutum cornu: quô ſolet transfodere ventrem *hoſtium* cum illo præliatur.

176. Dehinc ſunt *feri* tores bicornes, *bubalus*, *urus*, *bonaſus*: ſed hic habet cornua ad oculos flexa, ad pugnandum inutilia.

177. *Unicornis*, ſpectandæ cornu unico bicubitali, incredibilit abditiſſima deſerta; neque capi poteſt, ob incredibilem pernicitatem.

178. Ex geſtantibus ramoſa cornua, *alces* eſt maximus habens tergum inſecabile duritiæ; tùm *rangifer* jubatus velocitatéque tantâ, ut decurrat diurno curſu ſupra octogenta ſtadia, per nivem & glaciem.

179. *Cervus* præagilis, ſa-

stans cornua decidua quotannis, (regignuntur enim; sed *cervæ* nulla sunt) solus è brutis lacrymatur moriturus.

180. *Damæ* cornua latescunt: *ibici* in dorsum reflectuntur: *rupicapræ* sunt obunca, ut auxilio horum insiliat rupes, desiliátque indemnis: *capreolus* (cum sua *caprea* & *pinnulis*) est minimus cornifero rum.

181. *Bestiæ* non sunt cornutæ; sed armatæ unguibus ac dentibus, quia non herbaticæ sunt, sed carnivoræ: *leo* robustissimus harum, armísque virtis, rugit formidolosé.

182. *Pardus* dimittit prædam, quam non assequitur saltu terno; habet pellem distinctam maculis nigris: *pardalis* paululùm diversam, interalbicantibus punctulis.

183. *Tigris* omnium sævissima, (& ipsa maculosa,) dicitur adeò efferari sonitu tympanorum, ut dialaceret seipsum acta in rabiem: *lynx* aliquantò minor corpore, haud dispar ferocitate, & visus præcuti, tergoréque colorato.

184. *Ursus* villosus contineat se per hyemem in spelæis sine victu: ursa refingit catulos circumlambendo, quia semiformes nascuntur.

185. *Lupus*, voracissima bestiarum, famelicus ululat: *vulpes*, gulosa & dolosa, nunquam cicuratur; vernô glabrescit, ac fit depilis.

186. *Onager* perhibetur pasci vento, si herbæ desint: *aper* pastus radicibus, spumat rostro, frendénsque dentibus ferit vertagos & venatores; interimit etiam quandóque.

187. *Simia*, (sola quadrupedum expers caudæ) est ridicula imitatrix operum humanorum: ut & *cercopithecus*, qui tamen caudatus est.

188. *Lepus* (quo nihil timidius) dormit oculis patentibus; ac siquid strepit, mox territus arrigit aures, vel proripit se & confugit ad dumeta; si non potest aufugere, & capitur, vagit. *Cuniculo* nihil fœcundius; ut qui non tantùm crebrò fœtat, sed & supersœtat.

189. *Erinaceus*, viso periculo, convolvit se in globum, erigit-

erigítque aculeos, nè prehendi queat: *hyſtrix* ejaculatur ſuos aculeos veluti ſpicula, vulnerátque inſequentes canes.

190. *Gazela* exſudat fragrantiſſimum moſchum: nec diſſimilem huic *catus zibethicus*.

191. *Cati ſylveſtres*, & *martes*, *martéſque Scythica*, valent ad pellicea: ſicut & *muſtela Alpina*, & *mus Ponticus*, & *mus Noricus*, & *viverra*, *muſtelá*que domeſtica.

192. *Sciurus* facit ſibi umbellam umbroſà ſuâ caudâ, quâ & utitur vice alæ, dum transvolat de arbore in arborem: *mele* & *glire* nihil ſomnolentius.

193. *Sorex*, *cricetus*, univerſúſque murinus grex (inimici ſegetibus) cavant ſibi foramina, in quibus hibernent; *talpa* ſuffodiens campos facit grumos.

194 Ad extremum ſunt quadrupeda amphibia, incolentia pariter terram & aquam; *fiber* ac *lutra* piloſi, caninæque ſtaturæ (ſed ille habens caudam ſquameam, pedéſque poſteriores anſerinos:) & *crocodilus* movens ſuperiorem mandibulam, inter mandendum: & *teſtudo* clypeata, *náque* coaxans, cum *bufone* nenato, & *calamita* innoxi &c.

CAP. XX.

HOMO.

195. Hactenus colluſtrivimus claſſes creaturarum quibus quia Creator dedit dominatorem, conformatum imaginem ſuam; hunc adhuc dum ſpeculemur! ſed intentur, dum alia veniunt in cogitationem tuam, tu nè ignora teipſum; corpore brutis ſimilem, mente ad angelicam cælſitatem factum.

196. *Homo* conceptus in utero matris, dicitur *embryo*: editus in lucem, *infans*: impubis, *puer*: pubeſcens, *adoleſcens*: puber, aſſequutúſque terminum ſtaturæ, *juvenis*: tùm *vir*: mox provectiore ætate, *ſenex*: denique (in decrepita ſenecta) edentulus, *necio*.

197. Sic è *pupa* fit *puella*: tùm adoleſcentula, indè *juvencula*, dehinc mulier, tandem annoſa vetula.

198. Ita humanæ vitæ cu
ricul

riculum nihil est, nisi *nasci*, *pueraſcere*, *adoleſcere*, *juveneſcere*, *vireſcere*, *veneſcere*, *mori*.

199. Si attendas ætatis occupationes, *infantia* ſeipſam ignorat, *pueritia* ludicris tranſigitur, *adoleſcentia* curioſis tentatur, *juventus* vanis obtectatur, *virilitas* laboribus fatigatur, *ſenectus* relabitur ad priorem invaleſcentiam, (hinc enes dicuntur repueraſcere, & eſſe bis pueri:) donec ſenis marcor conſumat & conummet vitam, heu quàm fugacem!

200. Interea tamen demantur nobis hîc magna peranda, quæ omnia eò tendunt, t præparemur æternitati, in uam intromittendi ſumus: iſce igitur TE IPSUM OSSE, obſecro!

CAP. XXI.

Corporis humani externa membra.

201. Corporis noſtri compagem (rationalis animæ haitaculum organicum, tanuam illuſtre ſpecimen ſapitiſſimi Architecti) nemo ſaemirari queat, ſi articutim ſpectatur.

202. Quæ *membra bina* daſunt, locantur ex adverſo ad latera; quæ *ſingula*, per medium; *præſtabiliora* ſupremo loco vel intimo; *ſequiora* infimo vel extimo.

203. *Capilli* contegunt potiſſimam partem *capitis*, (rotati in vertice: anteriorem decorat *facies*, è qua dignoſcimus perſonas: in facie autem *frons* eminet, figurâ prope ſemicirculari, (definens utrinque in *tempora*) pleriſque glabra, paucis hiſpida, ſeneſcentibus rugoſa, lætis erugata, iracundis caperata.

204. *Oculi* ſubjacent fronti, mobiles quoquo verſum, facti è tunicis, & tranſparentibus humoribus; prominui cernunt obſcuriùs, profundiores clariùs: ſed *birqui* ſudant, ſæpè lacrymas, quotidie gramia.

205. *Pupilla* (circumfuſa albo) eſt ſpeculum, in quo imagunculæ rerum objectarum reſplendent, in forma pupularum: eam humectant *palpebræ* nictando, *cilia* verò, (è crepidine palpebrarum enata) unà cum *ſupercilliis*, prohibent ut nè quid incidat.

206. *Au-*

206. *Auriculæ* ſunt adaptatæ *auribus*; patulæ, ad repercutiendum ſonos & cavatæ, ad introvertendum anfractibus.

207. *Naſus* incipit ad intercilium, datus reſpirationis causâ: demittit ſe inter duas *genas*, diſcriminatúrque in duo ſpiracula, *nares*, per quas demanans mucus detinetur à vibriſſis, ut nè defluat ante munctionem.

208. Infra naſum ſunt rubicunda *labia*, apertile *os*; tum *mentum* & *malæ*, ephebis lanugine, viris barba intectæ; ſuperius *labrum* tegitur myſtace bipartito; ſed quidam ſunt imberbes.

209. *Jugulum* eſt pars *colli* anterior, *cervix* poſterior.

210. *Pectus* turget papillis (calidioribus maribus hirtum:) *umbilicus* eſt in medio ventris; infra hunc *inguen*, cum adjacentibus *verendis*, quæ, ut nudare, ità nominare, pudor vetat.

211. *Tergum* habet *humeros*, *dorſum*, *lumbos*, & *nates*, obvolutas clunibus, ſeſſionis gratiâ; ad latera ſunt, *axillæ*, & *hypochondria*.

212. Ab humeris depe- dent toroſa *brachia*; hinc fle- biles *cubiti*, (quibus inniti ſ- lemus) & *lacerti*; *manúſq* perquàm verſatiles, ut quid pro lubitu verſare ac inf- mare valeamus: quarum *ſi- ſtra* tenet, *dextra* operat quamvis hoc ſe habet ap *ſcævolas*, contrariè; apud *bidextros*, indiſcriminatim.

213. Manus concava di- tur *vola*; diducta, *palma*; co- tracta, *pugnus*: habétque *digi- quinque*, & quiſque digitus *ticulos* tres, totidémque c- *dylos*: quorum poſtremi c- eunt in *ungues*, quibus ſca- mus, ſcalpimus, lancinam laceramus, (*pollice* premim *indice* monſtramus, *verpo* l- dificamus, *annulari* annulos ſtamus, *auriculari* pro au- ſcalpio eſt.)

214. Sic infra *coxæ* fem- ſunt; ſub genibus *crura*; ſ- poplite *ſuræ*; à *ſuffragine* imus pes, continens *talos* *calcaneum*, convexam *plant* & *ſolum hallum*que cum di- tis, quibus ſubnixi emine- protollimur.

CAP. XXII.

Partes corporis oſſeæ.

215. Libétne introſpici- interan-

interrasta? videbis mirabilio-
rem structuram microcosmi,
cujus fulcra *Ossa*, circiter tre-
centa sunt: divisa in ossa *ca-
pitis*, *trunci*, *artuum*.

Vide Tab. 5. & 6.

216. Capitis *calvaria* est pe-
stinatim veluti consuta, ex
pluribus ossibus: duæ maxil-
læ continent triginta duos
dentes, in totidem alveolis;
quorum anteriores quaterni
vocantur *incisores*, utrinque il-
lis proximi *canini*, dehinc qui-
ni *maxillares* (seu molares,) o-
stremò *gemini* bini.

217. *Truncum* constituunt,
in longum quidem spina dorsi;
supernè verò, *ossa thoracis*; in-
fernè *os sessibuli*.

218. *Spina dorsi* (ut servi at
corporis flexuræ ac erectioni)
dissecta est in *vertebras* trigin-
ta quatuor; quarum septem
sunt cervici, duodecim ter-
go, quinque lumbis, quatuor
ossi sacro, reliquæ *sex ossi coc-
cygis*.

219. *Ossa* data *pectori* mu-
niendo sunt, juxtè *sternum*,
tergo scapulæ duæ: (quas
cum sterno copulant *claviculæ*,
seu jugula, in avibus *furcu-
læ* dictæ:) collateraliter verò
costæ, utrinque duodenæ, om-
nes exeuntes à vertebris *spinæ*,
sed tantùm septenæ superiores
articulatæ cum sterno; quin-
que breviores notha, vocant.

220. *Os sessibuli* vocatur sub
lumbis *os ilium*, in oppositio,
(sub ventre) *os pubis*; ad late-
ra, quâ femoribus insistit, *os
coxæ*.

221. *Artus* sunt manuum &
pedum ossa: illa impacta sca-
pulis, hæc coxendicibus.

222. Ossa manûs unius tot
sunt, quot vertebræ spinæ dor-
si: *os brachii* unum; *cubiti* duo,
(*ulna* & *radius*;) *carpi* octo;
metacarpii quatuor; *pollicis*
tria; reliquorum *digitorum*
quaterna; conjunctim, sexde-
cim.

223. Sed in *pede* non nisi
tricena sunt: os *femoris* unum;
cruris duo (*tibia* & *fibula*;) *tarsi*
septem; *metatarsi* quinque; *di-
gitorum* quatuordecim; & in-
super *patella genualis*.

224. *Majora ossa* sunt cava
intrinsecus, continentque me-
dullam; *minora*, non quidem
medullosa, succosa tamen;
omnia contecta extrinsecus
membranulis.

225. *Juncturæ ossium* sunt li-

ei commissura glutinantur, ubi sine flexu sunt: sed ubi debent flecti, cohærent articulatim, per insertum caput alterius *cotylæ* alterius: interposita tamen *cartilagine*, (velut culcitella) ne ossa (mutuo contactu & attritu) dolorem sentiant: ac ne etiam violento motu ossa divellantur, aut luxentur, quilibet articulus circumligatur ligamentis firmissimis.

CAP. XXIII.

Carneæ partes corporis.

226. Ita est *sceletos* nostri corporis, quem *Caro* circumvestit: at non continuâ massâ, sed ob diversas motiones membrorum) dispertita velut in funes, aut farcimina, quæ anatomici vocant *musculos*, & numerant quadringentos quinque: qui, detracta cute, sic apparent. (*Vide typum æneum.*)

227. *Cerebrum* est summum inter viscera, convelatum gemina *meninge*, intra cavernas cranii: in se autem divisum in quatuor cellulas, (vocant *ventriculos*;) & quintum sub occipite, *cerebellum*: à quo *medulla spinalis* exit, & ab hac rursum *rami nervorum* dividunt se per totum corpus.

228. Cava *trunci* sunt di[illegible]sa in duas concameratio[illegible] disseptas ab invicem car[illegible] *septo transverso*, (diaphrag[illegible]te:) supra quod, est *thor*[illegible] infra illud, *venter*.

229. Thorax continet [illegible] *cordia*: nempe *cor*, inclu[illegible] pericardio, unde prodit [illegible] magna, truncus *arteriarum* [illegible] videndarum per omne corp[illegible] & *pulmonem* circumdatum [illegible]di, carne rara, ceu spume[illegible] bivalvi.

230. Viscera *abdominis* [illegible] septem: *ventriculus* (cum [illegible] testinis substratis sibi) circ[illegible] tectus *omento*: ad cujus [illegible]tram jacet *jecur*, cum ves[illegible] *fellis* oblonga: ad sinistram [illegible]rò *lien*, & in lumbis duo *re*[illegible] tandémque *urinaria* ves[illegible] omnia hæc circumtensa *pe*[illegible] *næo*; tota vero corporis [illegible] pages *cute*, & *cuticula*.

CAP. XXIV.

Humores corporis cum spi[illegible]tibus.

231. Quemadmodum [illegible]

exp[illegible]

xplentur carne, ita caro uda-
ur *humoribus*; hos autem per-
meant *spiritus*, effectores omni-
m, quæ fiunt in corpore.

232. *Humor* primarius est
anguis, rubeus & dulcis; tum
ituita (*phlegma*) subalbicans
& insipida; dehinc *cholera*, bi-
is flava & amara; tandem *me-
ancholia*, bilis atra & acida.

233. Pro præpollentia hu-
orum inducitur nobis diver-
tas *temperamenti*: ut alii di-
amur *sanguinei*, calido-humi-
i & alacres; alii *cholerici*, ca-
ido-sicci & feroces; alii *phleg-
atici*, frigido-humidi & seg-
es; alii *melancholici*, frigi-
o-sicci & tristes.

234. *Spiritus* autem fiunt è
epuratissimo sanguine, & dif-
undunt se per corpus totum,
d illud vivificandum & vege-
andum: naturalis diffluit ex
epate, per *venas*; vitalis dis-
ultat ex corde, per *arterias*;
nimalis dimanat è *cerebro*, per
ervos.

235. Quisque illorum fun-
itur munere suo peculiari:
aturalis distribuit membris
utrimentum; *vitalis* commu-
icat iisdem vivificum calo-
em; *animalis* dirigit sensum
& motum: quæ singula, quâ
ratione fiant, edisce.

CAP. XXV.

(*Functio naturalis*)

236. Omnia membra nu-
triuntur *sanguine*: *sanguis* au-
tem fit ex concoctis alimentis,
hoc processu.

237. Alimentum (incisum
primoribus, atque confractum
caninis, si quid durum fuit)
manditur molaribus, mansúm-
que demittitur è bucca, per
gulam, in *stomachum*: ubi fit
concoctio prima, hoc est, con-
versio ingesti cibi & potûs in
chylum: si quid hîc non suffi-
cienter percoctum est, auget
pituitam.

238. *Chylus* defertur (per
inferius orificium ventriculi)
in *lactes*, (lactes sunt gracili-
ora intestina, convoluta in
multimodas spiras, & obvo-
luta *mesenterio*) ibique eliqua-
tur puriùs: protrusis fœcibus
crassioribus per intestina cras-
siora, egestisque & ejectis fo-
ràs, (dicuntur *oleta* & *merda*)

239. Quod autem nutriti-

vum inest chylo, exsugunt *venulæ mesaraicæ*, immittúntque hepati per *venam portam*, ubi peragitur *concoctio secunda* (hoc est, sanguificatio,) amotis indè per tres vias ternis excrementis, serosis, turbidis, perustis.

240. Nam quod seorsum est, id meat ex hepate (per *venas* emulgentes) ad *renes*, ulteriúsque per venas albas (*ureteres*) ad *vesicam*: cui urina instillatur, & exinde meiendo emittitur.

241. Quod turbidum est in sanguificatione, id trahit ad se *lien*, receptaculum atræ bilis; immittítque rursum intestino crasso, per venulas certas.

242. Tandem *vesicula fellis* receptat inflammatiores portiunculas (sanguinis) & transmittit itidem ad *intestina*, quæ indè stimulantur ad egerendum stercora.

243. Sanguis sic jam purificatus, digeritur per *venam cavam*, dimittentem ramusculos quoquoversus, ubi fit *tertia concoctio*: dum quodvis membrum bibit rorem illum sanguineum exstillantem; assimilat sibi lenta agglutinatione, atque sic accorporat.

244. Excrementa hujus *tertiæ concoctionis* sunt impuri[illegible] tes collectæ membratim, [illegible] pellendæ per poros cutis, [illegible] alia emunctoria: (puta [illegible] *sudorem*, *sputum*, *mucum*, [illegible] *nutationem*) ut ne faciant [illegible] trescentes morbos.

245. Ergo quodcunq[illegible] membrum est indigum alim[illegible] ti, sollicitat suas venulas; [illegible] venas; hæ jecur; jecur ve[illegible] mesaraïcas; hæ ventriculu[illegible] ventriculus verò corrugat [illegible] si non habet quod det: & [illegible] est, quod vocamus *esuriem*; [illegible] *tim* autem, cum opus est [illegible] mento humido, faucésque [illegible] fiunt.

CAP. XXVI.

Functio vitalis.

246. *Cor*, fons vitæ, ex[illegible] quit (ex purissima porti[illegible] sanguinis) flammulam, *spi[illegible] tus vitalis* dictam, distribu[illegible] dam per *arterias* in om[illegible] membra.

247. Palpitat autem [illegible] calore continenter: ut ex[illegible] riri potes ex contrectatu [illegible] ctoris, arteriarúmque pul[illegible]

præser[illegible]

æsertim ad carpos, & ad
mpora.

248. *Pulmo* ergo illi adja-
ns, attrahit (distendendo se-
instar follium) frigidiuscu-
m aërem, cúmque afflando
rdi refrigerat illud; rur-
nque se comprimendo, & te-
factum aërem reflando, egur-
at fuliginosos halitus: quod
rare & *respirare* vocamus.

249. Quæ res cum deser-
t vitæ sospitandæ, factus est
nalis ille (à faucibus oris in
lmonem descendens) ex car-
ngineis annulis: ut posset
tere semper, claudi nun-
am, ne respiratio intercipi-
r.

250. Sed hæc *arteria aspera*
simul vocis instrumentum:
ppe cujus summitas, *guttur*,
et rimulam fistulæ similem,
quam aër impulsus sonat;
tius vel gravius, prout an-
lus *tracheæ* se progerens (su-
ior aut inferior) à *larynge*
antiam facit.

251. Articulatam vocem
t varius allisus soni (ad
guam, palatum, dentes) va-
que configuratio oris.

252. Indè est quòd bruto-
n voces multisonæ, & ta-
n unisonæ, sint: anguis e-
n tantùm *sibilat*, *aquila clan-*
git, *ciconia gloterat*, *cornix cor-*
nicatur, *apis bombylat*, *bos boat*,
taurus mugit, *ovis balat*, *porcus*
grunnit aut quiritat, *vulpes gan-*
nit, *ursus murmurat*, &c. pisces
carent voce, quia carent pul-
mone ac tracheâ.

253. At Homo potest aliter
atque aliter sonare; dum tri-
stis *suspirat*, ægrotus *gemit*, im-
patienter dolens *plorat* & *eju-*
lat, tacitè loquens *mussat* aut
susurrat, sonorè *clamat*, &c.

254. Quia verò *trachea* non
potest tolerare aliud præter
aërem (alioqui mox tumultu-
atur, tussiendóque expectorare
molestam rem quærit) additum
ibi operculum, *gurgulio*, obtu-
rat laryngem tum, cum ali-
mentum *œsophago* ingeritur,
ne aliquid influat.

255. *Tonsillæ* sunt duæ fun-
gosæ glandulæ, ibi ad *uvulam*
sitæ; veluti fontes salivæ, ad
linguam semper salivandum.

CAP. XXVII.

Functio animalis, cum sensu, mo-
tu, & quiete.

256. Sedes spirituum ani-
malium est in cerebro: unde
illi excurrendo per nervos,
(ad oculos, aures, nares, lin-
guam

guam, & per omne corpus) faciunt, ut quicquid nos contingit, quale sit cognoscatur.

257. Nam caleátne aliquid an frigeat, comperies *tangendo*; humidúmne an siccum sit, *prensando*; durum an molle, *comprimendo*; asperum an læve, *attrectando*; grave an leve, *attollendo*; ubi sit in tenebris, *palpando*.

258. Atque iste est primus *sensus*, *Tactus*, quo si afficimur blandè, *voluptas* est; si molestè, *dolor*; si blandulis prensationibus, *titillatio*; si minutulis compunctiunculis, *pruritus*.

259. Idem spiritus examinat sapores *linguâ*, poroso & nervoso membro: deprehendítque mel esse *dulce*, fel *amarum*, acetum *acidum*, piper *acre*, fructum maturum *sapidum*, immaturum *austerum*, labruscum *acerbum*, multáque prorsus insipida: éstque hic secundus sensus, *Gustus*.

260. Tertius est *Olfactus*, internoscens odores, hoc est subtilissimas exhalationes rerum: quæ permanando ad nares, spiritum afficiunt, vel gratè, *suaveolentiâ*; vel molestè, *graveolentiâ*: ut cùm adusta caro exhalat *nidorem*; putida *putorem*; rancida *rancor*[illegible] (quale esse solet lardum & [illegible] vina) morticina *fœtorem*; [illegible] mnia enim mucida & situ c[illegible] rupta, putent, sordent, [illegible] tent.

261. In auribus est offic[illegible] *auditûs*, ubi spiritus discri[illegible] nat sonos, id est, coagitat[illegible] nes concussi circa se aëris, q[illegible] percipiunt auditoria organ[illegible] (sunt membranula tensa; [illegible] super illam tria ossicula; [illegible] *pes*, *incus*, *malleolus*) in qui[illegible] aliud vibramen perciet [illegible] mor, quàm sibilus, *&c.*

262. Sonitus repercussu[illegible] resonans, aut reboans, [illegible] dicitur; modulatus, *canti*[illegible] fractura veniens, *fragor*; [illegible] elisis, *crepitus*; &, si vehem[illegible] tior sit, *fremitus*; valde te[illegible] is, tinnitus, *&c.*

263. *Visu* discriminan[illegible] *colores*: quorum *albus* & [illegible] extremi sunt; *luteus* & *car*[illegible] *us*; viridísque & *ruber*, in[illegible] medii.

264. Albitudinis & ni[illegible] tudinis gradus ita digno[illegible] *creta* est candida, *capillus* [illegible] nus, *ebur* lacteum, *palea* palli[illegible] *asinus* cinereus (seu murin[illegible] *unguis* russus: *pix* est atra, [illegible]

...yi fuscus (furvus,) passer ...illus, auser squalus, caſtanea ...padicea (badia,)

265. Inter cæruleas & lu... ...eas diſcernes, ſi dices *cæſyophylla hyacinthina*, violas *iaz...inas*, fugillationem *lividam*, ...*yanum* cyaneum, felinos oculos *caſios* (glaucos,) aurum ...erò eſt *flavum*, cadaver *luri...dum*, lupra *rava*, inter ſemicoſtus *gilvos*.

266. Inter viridia & rubra ...e diſcrimina: quercetum eſt *...erbeum*, pinetum *praſinum*, pon...us *vitreus*, &, cum undat, *ve...etus*: è rubris ſunt, coccus *...purpureus*, minium *puniceum*, ...amma *rutila*, vulpecula *roſea*, ...eo *fulvus*.

267. Ut autem ſentias te ...entire, dati ſunt ſenſus inter...i, tres: 1. *Senſus communis* ſub ...incipite: 2. *Phantaſia*, ſub ...ertice: 3. *Memoria*, ſub oc...ipitio: illic ſpiritus tanquam ...n ſpecula ſtans, arripit ſimu...achrum cujuſvis rei viſæ, ...uditæ, olfactæ, guſtatæ, tactæ; ...illic ex ſpeculis dijudicat; hic illas ideas in ſuarum recondit, & pro occaſione ...promit.

268. Officium igitur ſenſus communis, eſt *intueri*; phantaſiæ, *imaginari*; memoriæ, *meminiſſe*; aut, ſi quid oblita fuit, *reminiſci*.

269. Idem animalis ſpiritus operatur localem *motum*: dum diſcurſans per *nervos*, & implens *muſculos*, hinc intendit *tendines*, indè retrahit: quam intenſionem & attractionem ſequitur motus membri.

270. Feſſus autem quærit quieſcere, ideoque (*derelictis* ſenſoriis) occulit ſe in ſua intimiora, quod *ſomnum* vocamus: & ſic dormire nihil eſt, niſi habere ſenſus requieſcentes ab externis operationibus; quò fidem ſpiritus defeſſi, & diſperſi, & diſperditi, ſe intra ſe recolligunt.

271. *Naturalis* enim ſpiritus maximè tunc vacat digeſtioni; *vitalis* reparat ſativum calorem; *animalis* ſe ſuum in cerebro vegetans, & ſuos cellulas emendans, in quæ phan-

phantasmata incidit, illa reassumit perspeculanda, quod *somnium* vocamus.

272. Tempestivus *sopor* recreat nos, quia vires auctat; nimia *vigilia* fatigat, quia exhaurit: nec tam impensè debilitat inedia, quàm insomnia.

273. Qui *dormitarit*, is oscitat & pandiculatur; qui *dormitat*, is nictat oculis, & nutat capite: qui *dormit*, *somniat*, & aliquando *stertit*: qui *edormivit*, expergiscitur (seu evigilat) experrectúsque expergefacit (seu excitat) alios.

CAP. XXVIII.

Mens cum affectibus & conscientia.

274. Quia sensus percipiunt præsentia tantùm objecta (& quidem superficiariè,) data est *mens*, hoc est, vis ad absentia quoque penetrandi, abstrusa indagandi, futura præsagiendi: cum arbitrio petendi bona agnita, & facultate audendi concupita.

275. Vocamus vim illam penetrativam, *rationem*, quæ rerum intellectum quærit: vim boni appetitivam dicimus *voluntatem*, quæ rerum electionem exposcit: vim continendi desiderata nuncupamus *animum*, qui rerum potestatem ambit.

276. Hæc tria faciunt ferre hominem à brutis, homines ab hominibus; alii plùs aliis, & melius, intelligunt, volunt, satagunt.

277. Nam qui inquirit multa, est *industrius*; qui arte rem facilè, *ingeniosus*; excogitat, *solers*; qui noscit *guarus*; qui notitiam firmat usu, *expertus*; qui rebus natis uti, *prudens*; qui utitur, *sapiens*; qui abutitur, *astutus*.

278. Contra, qui nihil curat, est *socors*; qui nihil percipit, *stupidus*; qui tardè inspicit, *hebes*; qui nihil expendit, *improvidus*.

279. Quod quis *sensu* recipit scit; quod *ratione*, id intelligit: quod *fide*, id credit: sed hic relatio verisimilitudinem parit *persuasionem*: probata, *sensum*: admissa sine probatione, *credulitatem*.

280. Quorum causam intelligimus, *miramur*:

ernoſcere volupe eſt, *rima-*
ur : ſed veta p rceptio rejdat
cientiam; falſa *errorem*; debi-
s, *opinionem*; ex conjecturis
eniens, *ſuſpicionem*; nutans,
ubitationem; impedita, *hallu-*
nationem; nulla, *ignorantiam*.

281. *Voluntatis* eſt, bona a-
are ac velle, mala odiſſe ac
olle; ſi quando fit, ut hæc
aceant & illa diſpliceant, eſt
accidenti: tunc enim exter-
ſpecies decipit eam, ut eli-
t deteriora, & ſpernat po-
ora.

282. Nam ex aberrationi-
s *intellectionis* veniunt erra-
voluntatis; & dehinc animi
natus enormes, molimina-
e irrita: quia ignorantia
ni affert ejus *neglectum*; fa-
tas, *faſtidium*; præferyidus
or, *zelum*.

283. Unde & reliquæ ani-
paſſiones, ſeu *affectus*, ve-
int: nam ſi bona *abſunt*, de-
rat illa, optat, ſperat, pro
piſcendis nihil non tentat;
tuit tamen fruſtrationem,
ue, ſi videt differri, habet
ium; ſi *adſunt*, geſtit, lx-
ur, plaudit, oblectátque ſe-
ſe perfruendo iis; ſaturatus
tamen rurſum illa faſtidit: ſi
eripiuntur, triſtatur, dolet, que-
ritur, pœnitudine affligitur,
diſperat.

284. At mala inquietant e-
am magis, quæ *ventura* abomi-
natur, formidat, tremiſcit;
advenientia horret, trepidat,
aut ſtupeſcit; poſtquam *obve-*
nerunt, iraſcitur, mœret, lu-
get.

285. In alienis bonis &
malis, non ſemper eodem mo-
do affecta eſt: ibi enim gratu-
latur, aut invidet; hic com-
miſereſcit, aut (ſi perverſa eſt)
exſultat & inſultat.

286. *Mens* obverſa ſibi ipſi,
& actionibus ſuis, dicitur *con-*
ſcientia: quæ, ſi pervidet ſe in-
tellecta & electa bona ſecutam
eſſe, reprobata verò mala aver-
ſatam, gaudet: ſin, paveſcit,
& ſit contra ſeipſam *index*, *te-*
ſtis, *judex*, *tortor*.

CAP. XXIX.

Accidentia præternaturalia,
morbi: primò, ex-
terni.

287. Secundùm exteriorem

aſpectum, quidam ſunt *corpulenti* & *obeſi*; alii *graciles*, *macilenti*, & *ſtrigoſi*; quidam *formoſi*, alii *deformes*, ac *turpes* (gibbus enim, ſtruma, & quodvis tuber, deformant:) ſecundùm interiorem habitudinem alii ſunt *firmi*, alii *invalidi*, ac *tenери*.

288. Integræ functiones dant *ſanitatem*, læſæ *morbum*: ſive læſio fiat à mala conformatione membrorum (ut cùm majora & minora ſunt juſtò, aut malè figurata, aut perperam ſituata;) ſive à ſolutione continui (ut in *vulnere*, *ulcere*, *luxatione*, *fractura*, *ruptura*) ſive à vitiata craſi humorum (ut in *morbis*.)

289. Malè figurati ſunt, *obſtipi*, *cervui*, *capitones*, *cilones*, *frontones*, *buccones*, *labiones*, *dentones*; & qui habent naſum adunctum, vel reduncum (reſimum) vel ſimum; item *gibboſi*, *ſtrumoſi*, *verrucoſi*.

290. Cui ſunt parvi oculi, *ocella* dicitur; unoculus, *luſcus*; cernens oculis contortis, *cocles*; diſtortis, *ſtrabo*; obliquatis & limis (ac alterutro minore) *pætus*; ſemiclauſis, & tantùm adita videns, *myops*; non videns ad lucernam, & caligans, *ſcioſus*.

291. *Mutus* eſt impotens ri, (à congenita ſurditate) *traulus* R non pronuntiat; *fus* malè ſibilat; *balbus* hatat: *naſutus* putatur odor acriter; *flaccus* eſſe bard *bucculentus* ingluvioſus; *ſpus* non calveſcere facilè; *ſus* caneſcere tardè.

292. *Mancus* caret ma *ancus* habet contractam; *gitus* redundat digito; *cla* claudicat; *pedo* habet p longiores debito, *panſa* l res, *lotipes* incurvo; *ſca* talos nimis exſtantes; crura divaricata; *vatius* medio extorta: *valgus* craſſas ſuras; *comperais* atterit genua.

293. *Vulnus* fit cæſim, punctim, aut morſicat (mordicus; *plaga*, percu ne aut contuſione; *vibex* bere; *paſtula* uſtione; gelatione; *callus* induratio ſed *livor* eſt ſignum plagæ;

catrix superest à curato vulnere.

294. *Vlcus* est subeutanea putredo: cujus suppurationem vocabis *abscessum*; centrum verò ejus *vomicam* exstillantem pus, tabum, & saniem; at quod de loco in locum serpit, est *herpes*; quod circa se carnem exedit, *cancer*; quod eandem mortuam facit, *gangræna*.

295. *Græna*, est suppuratio in naribus; *reduvia*, ad ungues; *varioli* & *morbilli*, ubivis.

296. *Luxatio* fit, cùm ossa emoventur suis acetabulis; *fractura*, diffringuntur; *ruptura* accidit membranis; facitque in peritonæo *herniam* (ramicem,) h. e. procidentiam intestinorum in scrotum, &c.

CAP. XXX.

Interni morbi.

297. Jam denarrabo morbos temperamenti, ordine functionum.

298. *Ventriculus* si nihil alimenti appetit, est *anorexia*; si plus nimio, *bulimia* (si absurda, *pica*; si assumta coquit imbecilliter, fiunt *fluctuationes*; erumpentes sursum per *singultus*, aut per *ructus*; deorsum autem per *flatus*, aut etiam *crepitus*: si coquit pravè, *vermes*: si planè non coquit, sed rejicit per superiora, est *nausea* & *vomitus*; per inferiora verò, *lienteria*.

299. Si *intestina* non ejiciunt, dicitur *obstructio* alvi; si cum torminibus in ilibus, *ileos* (seu *iliaca passio*, & *volvulus*, ubi cibus stercoribus permistus rejicitur ore;) si in intestino crasso, colo, *colica*; si verò dejectio nimiè crebra est, *diarrhœa*; si sanguinolenta, *dysenteria*; si pauca, & cum difficultate (aut inani conatu egerendi) *tenasmus*; si sursum & deorsum, *cholera*.

300. *Mesaraicarum venarum* obstructio, dat *inflammationes*, *melancholiam hypochondriacam*, & *lentas febres*.

301. *Hepar* si generat sanguinem aquosum intercutem, fit *hydrops*; si semicrudum, *cachexia*, & *pallor*; si nimis acrem, *scabies* & *papulæ*; sique occulta malignitas se admi-

scet, *scorbutus*, *lues Venerea*, *lepra*.

302. *Fel* inficiens sanguinem, efficit *auriginem*, (flavum scilicet icterum aut nigrum,) gracilitatem, tabem: *lien* verò multas fæces colligens, inducit sinistro lateri *tumorem* & *schirrhum*; easdem autem derivans ad ani exitum, *hæmorrhoides*: aliquando cum *procidentia ani*, aut *fico*.

303. *Serum*, detentum diutius in ureteribus, facit lumbaginem in renibus & vesica, *calculum*; suppressa verò urina, excitat *ischuriam*; difficilis, *dysuriam*; guttatim exiens, *stranguriam*: sanguinea, *cruentam mictionem*; immoderata, *diabeten*.

304. Assimilatio sanguinis delati ad membra nulla, aut paulula, affert *marcorem*; nimia, inflationes & inflammationes (quas vocamus in tonsillis *anginam*; sub lingua, *ranulam*: in venis, *varicem*; in cute ubivis, *erysipelas*:) prava, *impetigines*: in facie *lichenes*; alibi *vitiligenes* (lentigines:) inque capite *porrigines*: sed *alopecia*, *calvities*, *canities*, sunt à defectu humidi radicalis.

305. Reliquiæ coctio[illegible] ascendentia ad caput, indé[illegible] defluentia in partes subjec[illegible] faciunt *destillationem* (cata[illegible] rhum:) quæ, si delabitur [illegible] oculos, facit *lippitudinem*; [illegible] ad fauces, *gravedinem*; si ad [illegible] ch eam, *raucedinem*; si ex[illegible] ce rat pulmonem, purulentá[illegible] exscreatio adest, *phthisin*; [illegible] denique salsa illuvies detru[illegible] tur ad articulos, *arthritide*[illegible] quam vocabis in manu, *ch*[illegible] *gram*; in pede, *podagram*; [illegible] genu, *gonagram*; in coxendi[illegible] *sciaticam*.

306. Motus cordis int[illegible] sus ducitur *palpitatio cord*[illegible] nullus, *animi deliquium*; [illegible] spiratio difficilis, *anhela*[illegible] nimis frequens, *asthma*: [illegible] rax ejecturus aliquid mo[illegible] stum, excitat vehementi co[illegible] motione *tussim*; cerebrum [illegible] *nutationem*: at qui dormi[illegible] supini vel proni recuban[illegible] facile infestantur *anhelitu*.

307. Sensu læsi, sunt [illegible] & *cæcutientes*; *surdi* & *su*[illegible] *stri*; & quibus est obt[illegible] odoratus vel gustus; & [illegible] stupent, ut attacta non dig[illegible] scant; interno sensu au[illegible] nihil imaginari posse, est [illegible] *por*; difficulter, *hebetudo*; [illegible]

ſurda, *delirium*; (delirium verò, cum adjuncta febri, *phrenesis* eſt; cum triſtitia, *melancholia*; cum furore, *mania*:) nihil reminiſci poſſe, aut ægrè, *obliviositas* eſt.

308. Involuntarius motus unius membri, eſt *convulſio*; minutus & creber, *tremor*; cutem tantùm ſtringens, *horror*; corpus validè jactans, *epilepſia*; obrigeſcens in membro, *ſpaſmus*; ademptus toti corpori, *apoplexia*; uni lateri, *hemiplexia*; uni membro, *paralyſis*: quæ omnia proveniunt ab obſtructione nervorum, & prohibito affluxu ſpiritus animalis; qui ſi in cerebro ipſo circumagitur, eſt *vertigo*.

309. Somnus nullus aut brevis, eſt *inſomnia*; nimius, *ſomnolentia*; continuus, *æternus*; cum reſpiratione intercepta, & turbulenta ſomniatione compreſſoris alicujus, *incubus*: ſurgens per inſomnium & obambulans, *nocturnambulus* nominatur; vigilans introverſis ſenſibus, & oculis inconniventibus, & in animi raptu, *ecſtaticus*.

310. Alii ergo morbi faciant dolorem, ut *calculus*, &c. alii pruritum, ut *ſcabies*, &c. alii ſtuporem & inſenſilitatem, ut *paralyſis*: alii ſunt acuti, citiſſimè perimentes, ut *peſtis*; alii lenti, diuturnitate affligentes, ut *phthiſis*, &c. alii contagioſi, ut quævis *lues vaga*, alii afflictant calore & frigore, ut in paroxyſmo febris; quæ ſemel tantùm veniens, *ephemera* dicitur; aliquandiu durans, *continua*; repedans per vices, *intermittens*: & hæc rurſus vel *quotidiana*, vel *tertiana*, vel *quartana*; vel denique *peſtilentialis*, *bubones* & *carbunculos* ejaculans; aut tandem latenter ac peniciſſimè oſſa depaſcens, *hectica*, incurabilis.

311. *Cephalalgia* infeſtat totum caput; *hemicrania*, alteram partem capitis; *odontalgia* gingivas (acutiſſimè, cum infantes dentiunt, quia gingivulæ ſcinduntur:) *pleuritis* pungit latera: ſymptomata verò moribundorum ſunt, ſtertor lethalis, membra infrigidata, procidentia oculorum, &c.

CAP. XXXI.

Defectus naturalium, cum Monſtris.

312. Natura deerrat interdum

dum in generatione rerum: facitque, ut in omni genere quædam abortiant; aut partum próducant membris defectis, vel superfluis, vel monstrosis; vel etiam degenerantem in aliud; quod scire etiam confert.

313. *Portentosa Meteora* sunt, cùm pluit sanguinem, sulphur, lapides, ranas, & alia insolita; & cum igniti globi decidunt; cum acies armatæ visuntur in nubibus; similiáque ostenta.

314. Item vegetabilia, cùm *triticum* degenerat in *fecale*, imò in *lolium*; *hordeum* in *agilopem*; *avena* in *avenam fatuam*, &c.

315. *Monstrum* in animantium genere est, animal natum biceps, aut triceps: bicorpor vel tricorpor: item bigener, quales sunt *muli*, prognati ex asino & equa; *leopardique* ex pardo & lœna; & *hybridæ*, ex fero & domestico fue.

316. Ex hominibus monstrosi habentur *androgyni*, quibus est ambiguus sexus; & mutili aliquo membro; aut excedentes; aut alias insuetè formati: quibus annumerare licet immanes *gigantes*, naque *pumiliones*.

317. Quod narrant de *nice* ave (exurente seipsam, revivisceute è cineribus; de *pelicano* (vivificante pu à serpente occisos;) & de (serpente ad 120 pedes crescente, integrósque derante cervos;) & de *Hydra* pticipe; & de *gryphe*, vol quadrupede; & *harpyiis*, fœnis avibus; & de *cent* semihomine equo; & de *meis*, cum gruibus bell rantibus, &c. videntur f losa.

318. *Fauni* verò, homi silvani & hirsuti, semivir semiferi; *tritones* item & nes; si figmenta non fuer dæmonia fuerunt.

CAP. XXXII.

Rusticanæ artes, primùmq; horticultura.

319. Transcamus ad hu na opera; ut videas quom *rustici* in villis, *opifices* in pidis, *literati* in scholis, t ferant opera naturæ in suos.

320. Officinâ ruralium perarum est villa, cum *h agris, pascuis*: ubi curatur naturalia procreseant feli

321

321. *Horticultura* exercetur ab hortulanis; vel eduliorum causâ, in *olitorio* & *pomario*; vel deliciarum ergò, in *viridario* & *topiario*.

322. Hortos sepimus *sepimentis*; sive humilioribus, ut sunt *agger*, ex congestitio humo factus; *maceries*, è congerie lapidum acervata; *vacerra*, ex una & altera pertica constructa: sive altioribus, ut est *sepes* è sudibus & vitilibus plexa; vel *plancæ* è ligneis tabulis coagmentatæ; vel denique *murus* è cæmento & calce structus.

323. *Olitor*, saturus olera, lapidat terram, stercorátque; tum *fodit* ligone aut bipalio, adaggerátque pulvinos pala; & *spargit* semina per areolas; consarrítque *rastellis*: tum rigat, post exherbat, hoc est, *runcat* manibus aut sarculis, adpatas impertinenter herbulas; tandem *colligit* matura pluscula, subsecando, aut evellendo, aut effodiendo.

324. *Arborator* plantat *plantarium*; dum conserit seminarium semine fructuum; aut depangit in terram talcas; aut serit viviradices decorè: quibus diffissis inserit surculos, insitósque oblinit: & dehinc scalpro putat germina; exputat stolones; abnodátque nodationes, & amputat, si quid exarefieri cœptum est.

325. Depurgat etiam *muscosas*, *verminosas*, *formicosas* arbores, à *musco*, *erucis*, *araneis*: *sideratas* verò, *cariosas*, *steriles*, *effœtas*, vel ablaqueat, seu circumfodit (summatim aut profundius,) rursúmque circumaggerat; vel stirpitus eradicat: recisa siquidem, aut etiam excisa repullulant; evulsa non refruticantur.

326. Maturi fructus aut decidunt, ultrò; aut carpuntur manu strictoris: aut decutiuntur perticâ (si quô manus non pertingat,) aut excutiuntur quassatione arboris, & colligantur à legulis: sed durabiliores sunt *strictivi* cadidivis; *scrotini* præcocibus; *vegeti* vietis; & *conditivi* crudis.

327. Eduntur autem recentes, (aliquando cum termite devulsi; aut fracidi, aut torridi, ut sunt *ficus aridæ*, & *uvæ solem passæ*, majores & minores, &c. quidam verò naturâ suâ duracini sunt.

328. Oleum

328. Oleum exprimitur preſſurâ *olivarum*, in olearias ampullas: amurca verò ſubtus fidens, abjicitur unà cum fracibus.

329. Topiarius apparat *viridarium*, è ſelectioribus floribus, rarioribúſque plantis: & exornat hortum topiario opere, id eſt, amœnis ambulâcris, virentibus pergulis, ſtibadiis, &c. denique ſalientibus fonticulis, hydraulis.

CAP. XXXIII.

Agricultura.

330. Agricola colit agrum panis causâ: hoc eſt, *præparat* arvum ſementi; & *obſerit* ſemine; frugéſque *demetit* ac *exterit*.

331. *Præparat*, dum in ſolo inarato exſtirpat vepres, aratum verò ſtercorat; ut fiat *ager reſtibilis*, idoneus conſeri farreo ſpiço biennii tempore: ſed *vervactum*, (quod alternis tantum annis perſeritur) & *novale*, (quod primum demum proſcinditur) quia requieta & feracea ſunt, haud indigent ſtercoratione.

332. Arator bobus junctis ad *aratrum*, & agitatis ſtimulo, tenet lævâ *ſtivam*, (nè inter arandum deliret) dextrâ verò *rallam* (quâ amoveat glebas:) interim *vomer* (inſertus *buræ*) cum *dentali*, proſcindens terram, facit *ſulcum*, quo peracto fit *verſura*, totie redeundo ſulcatim, donec *je gerum* ſit abſolutum, ſimúſque ſubaratus: tùm enim rurſ abjugat.

333. *Fundum* ſic peraratum aliquantò poſt offringit: tu iterat & tertiat; atque, ſi gl boſus eſt, inæquat: ſive c lindris ſupervolutatis, ſi occis tractim raptatis: in ul ginoſo agro facit elices ad d rivandam uliginem: demú que habet *arvum*, agrum p ratum.

334. Hinc *ſator* ſeminat p areas ſementicum frumentu (quod non debet pluſquà anniculum eſſe;) peractâq ſeminatione inoccat: tum ſa rit ſata, dum fruticeſcunt, à zizaniis ſuffocentur. (Fr mentum ſementivum vere ſ tum, dicitur alicaſtrum; m ſcellaneum, farrago.)

335. Quando ſegetes fl yeſcunt, *meſſis* adeſt: u meſſor

messores demetunt frumenta *falcibus*; demessáque dispónunt manipulatim, & manipulos colligunt rastris immergites, colligántque tomicibus; & congerunt acervatim per quindenas: & injiciunt prehensos mergâ plaustris, & convehunt in *horrea*, (aut saltem congestant in nubilarium;) spicilegio relicto egentibus, stipula verò pascuis.

336. Tum *tritores* triturant frumentum *flagellis*, in area: (olim tribulabant, hoc est, tribulâ exterebant, seu excutiebant:) excussáque grana subjactando ventilabris, emundant à paleis, & *pennato verriculo* expurgant ab *aceribus* (paleis enim aceroſus quem delectet?) & secernunt *inceraiculo* à recrementis; demúmque instipant saccis, & inferunt opulentiores *granariis*, pauperiores *cumeris*, hostem metuentes *cryptis*: stramenta relinquantur in fascis.

337. Hæreditarius *possessor fundi*, elocat quandóque colono *prædium*, (locatur conductori,) pro annuâ pensione; aut usum-fructum *mancipi* ad aliquot annos (ubi prædes postulari & accipi solent:) aut *partiario*, ad dividendos proventus: aut *villico*, ad villicandum pro condicta mercede.

CAP. XXXIV.

Pecuaria.

338. *Pecorarius* est, qui pecorum curâ victum quærit: putâ *lacticiniis*, *lanicio*, & *carnibus*: providet ergò (per pecuarios) pecoris *fœturam*, *stabulationem*, *pabulationem*, &c.

339. Pecudes fœtant feliciter, si matrices sunt seminis boni.

340. *Stabula* sunt *ovile*, *caprile*, *fuile*, *bubile*: & caulæ tralatitiæ mandræ, quibus solet includi noctu ovinus grex, ad agros ordine stercorandum: sed alicubi pastoritia turba etiam mapalia sua carrucis circumvehunt.

341. *Pabula* sunt, vel *recentia pascua*, (quo greges & armenta per publicos actus solent prodigi, & in compascuis locis compasci: si verò unus pastui non sufficiat, hinc indè dispescit:) vel domi ministrata, *herbacea*, *palearia*, *stramentitia*; interdum & *frumentacea*.

342. *Prata* dicantur *fœna*: isque siccanea fuerint, irrigantur corrivatis rivulis: ubi

gramen defectum seculis, aggregatur per strigas: siccatum corraditur rastris in cumulos, & acervatur bidentibus in metas: denique vectatur *vehibus* ad fœnilia: è renascente gramine fit *chordum*.

343. *Bubulcus* exhibet pabulum suis bubus (dum in præstegis, aut quibuscunque septis stabulantur: in præsepi vel cratibus: sicut & *equiso*, *agaso*, *mulio*, suo equino, asinino, mulionióque armento: *subulcus* verò suis suibus in aqualiculo: *caprarius* pascit capellas suas virgulis frondium.

344. *Opilio* (apparatus pedo & flagro, imò & molossis, quos contra lupos communit millo:) educit pastum suam oviariam, in qua quoque habet suum peculium, insignitum charactere peculiari: tempore verò tonsuræ, oviculæ lavantur, & à tonstricibus tondentur, vellúsque detònsum lanariis venditur.

345. *Vaccæ* præbent lac: quod villica mulgendo excipit *mulctrâ*; è mulctrali verò infundit finis per colum: postridie demit pinguedinem innatantem, & inde conficit (succussatione vasis) *butyrum*, remanente *oxygalâ*.

346. E secundario lacte densato ope coaguli, format in caseariis formis *caseos* (vaccinos, caprinos, ovillos,) aut pressas manu solùm metas: iterùm defluente sero: tandem desiccat caseos in caseali.

347. Pecudes destinatæ macrationi segregantur ab aliis, opimantúrque sagina in saginario: útque pinguescant melius, genitalia illis incidun-tur; unde *arietes*, *majales*, *capones*, &c.

348. Quia vero pecudes quandóque fiunt morbidæ (oves pulmonariæ, sues grandinosæ, boves coriagino-equi hippomane infestati, &c. *veterinaria medicina* non ignoranda illi, qui rem pecuariam curat.

349. Pecoribus accensetur *aves cohortales*, quæ in cotibus, gallinariis, columbariis, aluntur, & è quibus plumæ velluntur; pro lectulis culcitris explendis: deinde *feces piscinarii*, qui asservant in piscinis, seminariis, viriis, &c.

350. *Apes* emittunt exa quotquot annis, cum add

duce (*regem* vocant) ut quærant novum *alveare*; struendo crates cellulis sexangularibus, & complendo melligine, faciant *favos*; è quibus tempore mellationis) mel sincerum effluit: crates verò liquantur in *ceram*. (*Saccharum* est factitium mel, excoctum è medulla cannarum Indicarum.)

CAP. XXXV.

Artes alimoniæ frumentaceæ.

351. Jam inspectemus operas *mechanicorum*, qui introducunt novas formas rebus naturalibus, pro comparandis variis commoditatibus vitæ.

352. Ejusmodi machinationes fuerunt primæ, circa victum frumentaceum, *ptisanaria*, *molitoria*, *pistoria*.

353. Antiquitus tundebant olummodò *pistillis* in *mortario*, accipientes indè *ptisanam*: deinde pinsebant in pila pilo ruido, aut Græco,) undè prodibat *alica*; quorum officina fuit *pistrinum*.

354. Postea sunt excogitatæ à machinatoribus *molæ farinariæ*: ubi circumagitatus velociter lapis mobilis super immobilem, comminuit frumenta in *farinam*: *cilicinum* verò *excussorium*, excernens *pollinem*, in farinarium ejectat: *furfurem* & *appludas* alió.

355. *Molæ* istiusmodi erant, primùm manuariæ (trusatiles;) succedebant jumentariæ (asinariæ:) hodierno die utimur alatis, vento versatilibus: & aquariis, ad quas aqua derivatur, posito objectaculo in fluminet sed ad majores aquas sunt *moletrinæ* binæ, trinæ, quadrinæ: unde molitoribus pro molitura tanto plus emolumenti accedit. (*Amylum* est farina sine mola, facta sola maceratione, & exculcatione.)

356. *Pistor* cernit iterùm farinam, farinario cibro; affusáque aquæ, & fermento, subigit ligneâ spathâ: & depsit massulas (deceptas de subacta massa, aut abrasas de mactra,) quas impositas palæ, ingerit furno per furnium (sed unde prius ignem proruit rutabulo: quia non coquit panes subcinericios, ut olim:) atque ita fit panis siligineus, aut similagineus, quandóque etiam bis coctus (buccellatus,) nè muceat: *fermentatus* habet duas crustas, medullámq; intus porosam; *azymus* est densior & latior.

CAP. XXXVI.

Artes carneæ alimoniæ.

357. Obſerva porrò artes procurantes carneam alimoniam ex animalibus veſcis: *piſcatoriam, aucupatoriam, venatoriam, lanioniam, coquinariam.*

358. *Piſcator* obſidiatur piſcibus variè; majores ſupernatantes confodit *fuſcinâ*: minores obnatantes illicit *ſcirpiculis*, aut demerſis naſſis (in naſſam ingreſſo non datur exitus;) profundiores extrahit ex amne *ſagenâ* aut *fundâ*: è lacu *tragula* & *verriculo*: (quæ infernè merſantur ab appenſis plumbeis maſſulis, ſupernè allevantur ſubereis: laxitatem verò macularum habent diverſam, pro granditate piſcium.)

359. Dein partem piſcium divendit, partem concludit in ſecluſoriis, (ut cùm opus eſt depromat excipulo) partem condit muria pro ſalſamentis: (*hamiota* piſcatur hamo, cui inditam eſcam quiſquis admorſerit, captus eſt.)

360. *Auceps* (aucupatu-

rus) aut exſtruit *aream*, re[illegible] aucupatorio ſuperintectam, cui eſcam offundit; ipſe ve[illegible] ſe abdens in latibulo, allic[illegible] fiſtula, vel *illicum* cantu, tra[illegible] volantes aviculas: advola[illegible] téſque adobruit, circumret[illegible] aut implicat *viſcatis calam[illegible]* expoſitis amiti, dum illis i[illegible] ſidunt: aut impedit *pedic[illegible] tendiculis*, & *decipulis*; ill[illegible] queátque laqueorum tranſe[illegible] nis; aut iis immittit præd[illegible] trices aves: & quas videt i[illegible] columes (quocúnque aucup[illegible] captas) includit *caveæ*, ibíq[illegible] paſtionem præbet in *canalic[illegible] lo*, potionem in potiſtri.

361. *Venator* venatur fer[illegible] dum aut pellicit in ſcrob[illegible] foveáſque, & venabulo tra[illegible] adigens interficit: aut veſt[illegible] gat odoratu ſagacium canum (odoratores enim nicten[illegible] indagant, & è latebris exp[illegible] lunt; *vertagi* autem numel[illegible] exſoluti, & venatorio cor[illegible] incitati, perſequuntur;) [illegible] cingens arbuſta *indagine*, p[illegible] pellit in caſſes; quódque [illegible] vum capit, transfert in *vi[illegible] rium*.

362. *Lanio* mactaturus [illegible] ti[illegible]

tilia (non vescula, vel morbida,) deducit in lanienam, ibique prosternit clavâ, mox jugulat clunaculo, & excoriat, seu deglubit, concidítque frustatim: sues tamen priùs perfundit candente aquâ, glabrátque radulâ; mox dissecat in *perunas*, *petasones*, *succidias*, *offas*, *penitas*: concisi que visceribus minutim, effarcit suino cruore *farcimina*; tum crassiora, *apexabones*, *tomacula*, (seu isicia,) & *salisicum*; tum graciliora, *botulos* (Lucanicas) & *billas*.

363. Veneunt igitur in macello communiter *bubula*, *vitulina*, *vervecina*, *hœdina*, *agnina*, *suilla*; rarenter *bubulina*, *aprugna*, vel alias *ferina*.

364. *Coquus* coquit esculenta omnis generis: aves tamen deplumat priùs, & exenterat; pisces desquamat & exdorsuat, interdum & exossat; induratos contundit tuditibus, salítos macerat aquâ, &c.

365. *Elixanda* elixat *ollis* & *cacabis*, *catillis*ve, operculo tectis; elixata condit sale, & aromatibus (comminutis pistillo in *mortario*, aut conquassatis tudiculâ in *catino*, aut tritis super *radulam*:) assaturas trajectat lardo, & assat *verubus* (super crateuteria versabundus) suppositâ sartagine, nè pingue eliquans pereat; aliqua etiam torret super *craticulam*, aut frigit in *lebete* seu *frixorio*: (at si præ-nimium, fiunt *cremia*;) è particulatim confectis carnibus facit *minutal*, *pistillos*, *turundas*.

366. Si quid efferveíscit ut bullit, furat trulla, nè ebulliat: si spumat, despumat *tudiculâ* aut *radiculâ*: fuscinulâ verò extrahit fervida: fiscellâ colat jusculenta.

367. *Cinisio*, ut accendat ignem, habet *igniarium* cum *fomite*, *sulphuratis*, *filiis*, & *chalybe*: tum sufflat buccis, aut flabello, prunas collectans batillo; focariâ verrit culinam, & everrit scopis quisquiliis, purgátque coquinaria vasa; quæ cum colluuntur, fit colluvies, eluenda per fusorium, ut effluat.

368. Eadem res alit magis jurulenta, quàm assa; magis

assa

assa, quàm frixa; tosta verò, infumata, muriatrica, est difficilis concoctionis, nisi adjutu juris piperati, aut juris nigri, juris spissi, juris gelati, vel alicujus intinctûs: verum tuceta, artocreata, tortæ, ad placitum fiunt.

CAP. XXXVII.

Artes potulentorum.

369. Naturalis potio est aqua, (*fontana*, *puteana*, *fluminea*;) tùm lac, serúmve lactis: dehinc didicerunt parare inebriantes potus, *temeta*; ut mulsum, pomatúmque mustum: tandem invaluerunt, *vinum*, *cerevisia*, *cremata*que *vina*; quæ quomodo fiant videamus.

370. *Vinitor* plantat *vineam*: dum obserit collem apricum novellis viticulis; aut propagat *vites* veteranas traducibus; aut earum cacumina mergit terræ, ut utrínque radicatæ, post discissæ, duæ fiant.

371. Tum deputat *vitem* quotannis, (nè sterilescat ubertate,) ut è resece pullulunt novi palmites: qui cùm raro per se surrecti sint, (licèt capreolis quicquid possunt apprehendant) arrigit eos, & alligat statuminibus: nempe arboribus, aut pedicis, aut transversis canheriolis, & jugis: unde *vitis arbustiva*, *pedata*, *cantheriata*, aut *jugata* dicitur.

372. Pastinat item vineam *bidente*, & repastinat; mox pampinat; tandem vindemiat racematione pauperculis relictâ.

373. *Botros*, scapis abscissos, comportant pytinis, in *torcularium*, conjiciúntque in forum vinarium; tum calcant pedibus, aut contundunt ligneo pilo, & effundunt in lacum: unde mustum defluit per qualos in orcas: reliquus uvæ ex acinis exurgetur torcularis; sed (vinum) lixivum est suavius tortivo; musteum dulcius liquato; meracum fortius diluto; album magis calorificum rubello, aut helvolo.

374. Abditur in cellis *cadis* & *doliis* elevatis super cantherios; tum relinitur, promitur *siphunculo*, aut *epistomio*; interdum quoque elutriatur: sed hornum feculentum est; annotinum defec-

tum

tum: defrutum vocant *sapam*; exoletum *vappam*; ex aqua & vinaceis factum *loram* (vinum acinaceum;) ex aqua & aceto mixtum, *poscam*.

375. Præstantiora vina sunt, *apianum*, *malvaticum*, *Canarium*, *Alicanticum*, &c. sed *absinthites*, *helenites*, aliáque medicata; factitia sunt *hippocras*, omnium aromaticorum delicatissimum.

376. *Lupularius* inservit coquturæ *zythi*, dum indens *turiones lupuli* terræ liratim, ad singulos cauliculos depangit palos, ut circumplicando se his serpant sursum: quorum flores abstringit, quum permaturuerunt.

377. *Polentarius* macerat grana frumenti, donec intumescant: tum assiccat in pavimento, versat & reversat sæpius, usque dum dissiliendo cœptent producere germina; atque tùm ea torret superstrata farrario fumario, convertitque in *bynem* dulciculam, & permolit polentario molendino in *polentam*.

378. Tum *cerevisiarius* permiscens lupulum polentæ, exoquit in aheno cerevisiam (uno factu decem, viginti, triginta *cupas*) quæ in cellam deportata defæcatur: si verò acescat, aut mucescat, infunditur acetariis *ampullis*, & sit *acetum*.

379. Tandem *distillator* projicit igne è fecibus cerevisiæ, aut vini, vel etiam fermentato farre, exstillatam (per cuprinam vesicam distillatoriam, superimpositúmque *alembicum*) ardentem aquam, dictam vinum *crematum* seu *sublimatum*.

CAP. XXXVIII.

Vestiariæ artes.

380. Ad tegendam nuditatem adversùs tempestates, opus nobis est *amictu*: qui simplex fuit antiquis, acquiescentibus velare caput à sole *cucullo*, corpus ab algore *bracca*, pedes à cœnosâ aut scrupos viâ *scalponeis*, vel *crabatinis*: nostro ævo omnia aliusmodi, usque ad luxuriem nitidè, & habitu multiformi, *segmentato*, *acupicto*, *plumato*.

381. Viri obvolvunt alicubi caput *tiarâ*: alibi contegunt pileo (ornato spirâ & offendice) aut umbellæ causâ *petaso*; aut domi desidentes *galero*; vel frigoris causâ *pileo pelliceo*: fœminæ colunt capil-

capillos, variè pexos & plexos, in plegmata concinnatos, tæniis corollísque redimitos; aut caput obvolvunt *vittis*, *calanticis*, *ricis*, faciémque prætegunt *peplis*.

382. Indumenta corporis sunt, (ad induendum & exuendum) intimè *indusium*; tum *thorax* cinguló-tenus pectori aptatus, & laciniis subornatus; aut longior thorace *tunica*, demissa crurum-tenus, succingendáque, si fuerit sinuosa; infra cingulum sunt *subligacula*: hoc est, laxiores braccæ (caligæ, substringendæ fasciis tibialibus,) aut arctiora femoralia, crura simul munientia; ad amiciendum denique (honestatis ergô) superinventa sunt *manicata toga*, vel sine manicis *pallium*; fœminis *palla*, & *amiculum* dicta.

383. Pedibus calceandis parantur molles *socci*, vel cilicini udones, & suberæ *crepidæ*; & *calcei* (qui si fuerint angustiores, inducuntur pedibus ope inductorii: partes verò calcei sunt *solea*, *obstragulum*, & *ansa* cum *corrigiis*;) & ocreæ cum cruralibus; aut fermicrurales perones; mutatorii denique *cothurni*.

384. Vestitus superior est *lineus* vel *laneus*; *xylinus* vel *sericus*; *pelliceus* vel *coriaceus*; nec potest ullus parari sine filis netis: partes autem vestium connectimus aut *ligulis*, adstringendo nodos; aut *fibulis*, infibulando illis uncinulos; aut *nodulis* innectendo hos ocellis oræ alterius.

385. *Linum* & *cannabis* rursus seruntur, matura evelluntur, *calycibus* destringuntur; residuis *scapis* in lacunis maceruntur, rursúmque torrentur, *stupariis malleis* contunduntur, *frangibulo* conteruntur, ferreóque *carmine* carminantur, ubi quod inter frangendum decidit, sunt *cortices*; quæ inter carminandum secernitur, *stocci* & *stupa*.

386. *Netrices* distribuunt sibi linum factum, superilligandóque pensa *colo*, trahunt sinistrâ filatim, dextrâ torquent; sive fusim (cui appensum *verticillum* addit pondusculum ad faciliùs se versandum) sive girgillum, unde fila ducuntur in *alabrum*, hinc in harpedonem, è quo *glomi* glomerantur, sitque ad texendum idonea *tela*.

387. D

387. Dehinc *textor* circumvolvit *stamen* jugo, insidensque officinæ, deculcat alternatim insilia: quo facto, licia se diducunt, illéque trajectat *radium*, cui pannus ineſt: & ſic intexit ſtamini tramam, denſátque adacto pectine linteum (præſertim *carbaſum*; ſive vulgare: *cannabinum* vel *ſtupeum*, ſive *byſſum* & *ſindonem*,) decidente hinc inde *titivillitio*.

388. *Inſolator* inſolat dextrum linteum úſque dum candeſiat: *ſartrix* verò inde ſuit interulas, capitia, collaria, focalia, mucciniа, ſtrophia, aliáque lineamenta; quæ rurſum lotrix eluit, quoties ſordidantur.

389. *Pannifex* carminat lanam; contexítque ſuper machina textoria pannos (*Londinenſes*, *piagues*, *xylinos*, &c.) qui mittuntur in fullonicam (præſertim levidenſes) ibíque ajecti à fullone in pilam, & perfuſi aquâ, ſtipantur pilo: hinc autem exemti extenduntur pannitendio, ut exſiccentur: & traduntur tonſori in tonſtrinam, qui ſuper mensam expanſos tondet forfice tonſoria, & complicat in volumina.

390. Similiter texuntur apud *ſericarium* panni ſerici, & holoſerici, & ſubſerici, & Attalici, *Damaſceni*, *purpurei*, *ſcutulati*, *undulati*, *floruleati*, *xylini*, *camelini*, &c. cum panno, cui ſegmentarius intertexit aurea ſubtegmina.

391. Tandem *ſartor* pannum (ad ſtaturam corporis demenſum,) diſcindit, conſuítque (ope acus & digitalis) ſciſſuras duplato & cerato filo: ſuturas complanans preſſorio ferramento, ut nè extent notabiliter: ſed extremitatibus veſtium circumſuit (nè filamenta diffluant) *limbum*; aut præſuit lemniſcos, paſſímque obſuit (præſertim in fimbria,) inſtitas.

391. *Coxendator* nexat è filis (contorſione trium ferreorum bacillorum) *chirotheca*, *tibialia*, *ſubucula*, &c. *Pileo* autem facit è lana baculis coacta impilia, & exinde pileos, & alia nequeuntia permadere.

393. Macerantes exuvias animalium lixivio, & depilantes ſcalpro raſorio, *cerdones* ſunt: inter quos *coriarius*

præparat duriora coria (è quibus sutor conficit calceamenta ope *subulæ* & *fili picati*, sed cuspidati, & *mustricolæ*:) alutarius alutam molliorem & crispatam, (subsecivas particellas glutino conficiendo adhibens.) *Pellio* autem è villosis pellibus parat *pellicia*, *rhenones*, *pileosque pelliceos*.

394. *Veteramentarius* resarcit lacera calceamenta; *interpolator* dissuit tritas & defloccatas vestes, inversásque interpolat & resuit: *mendicus* consarcinat sibi ipsi centonem, ex recisamentis & panniculis hinc inde collectis.

CAP. XXXIX.

Architectura.

395. Primitùs habitabatur in *specubus*, & frondeis tabernaculis: posteà constructabantur tuguria cæspititia, & gurgustia cratitia, luto circumlita: demùm *fabri* cœperunt ædificare ad stabilitatem & magnificentiam; quorum fabricas lustremus.

396. Ligna ædificiis apta cæduntur hiberno tempore, decrescentéque lunâ, utne fiant teredinosa: ubi *lignator* arborem securi sternit, ramos decacuminat, & trunco tigna deformat; dissectis ramalibus, & compositis in *strues*; sarmentis verò collectis in *fasces*, & servatis in usum foci.

397. *Faber* lignarius affigit sibi tignum ferreis anis super *cantherios*: tùm illud lineat *amussi*, dealbátque & exasciat *ascia*, assulis decidentibus; interdum dissecat runcinâ (serrâ majore) scobe recidente: demúmque compagim parietes, configens tigna clavis trabalibus, explénsque intertignia musco.

398. Tum *parietarius* delitat casam luto paleato, & acerato: quandóque etiam sine materiatione lutamen effingens, è formaceis paritibus.

399. At in cæmentitiâ ædifica ione proceditur aliter: ubi *lapidarius* eruit lapides e tro, aut effringit vectibus lapidicinis: quos *lapicida* co quadrat ad normam cœlo tudite, ut quadrent structu bene: ficubi non est copia xorum, coquuntur *lateres*, sunt lapides coctiles ex trita.

400. Faber muratius (sito fundamento solidè) supe

ſtruic parietes, (primarios, medianos, intergerinos) camerátque conclavia teſtudine: quæ tectoria teuliſſat tectorio & gypſato, marmoratóve dealbat, ruderátque pavimenta (ruderi veteri aut novo:) tum pavit, aut conſternit teſſellis.

401. *Architectus* eſt director ædificii: qui dirigit ſtructionem ſecundùm exemplar præconceptum, aut etiam delineatum; *ideam* vocant, & *modulum*, ſeu *modellum*.

402. Domus profundè fundata, & bene materiata, firméque trabeata vel murata, & intus columnis affabrè ſtaminata (nè laquear ruat:) extra verò pilis fulta (nè parietes vacillent) perſtat diu columis; aut ſi labat, ſuffulcitur denuò: collapſa verò, aut deſtructa, reſtauratur. (*N. B.* Columna conſtat ſcapo uno, inſiſtíque baſi; pilæ ſunt ſtructiles.)

403. Partes domus ita concipe: in veſtibulo conſtitutus, ad anticam, habes ante te ædium frontiſpicium: accedenti ad januam erunt utrinque poſtes; & in altero quidem cardines, à quibus pendeunt fores, & ſuper quos apeiuntur & claudunrur; in altero verò ſunt *claustra*, nempe aut ſimpliciſſimè claudens *peſſulus*, indendus foramini poſtis; aut *obex* affixus ſori, obdendus uncinato clavo, poſti infixo: aut denique *ſera*, ſive *Laconica* intus abdita, ſive *penſilis* extra.

404. Si reperies oppeſſulatam januam, pulſa: ſi janitor per *transennam*, aut *clathros*, proſpectat, roga aperiri; dúmque introis attolle pedem, nè impingas ad inferum limen: caput verò ſubmitte, nè allidas ad ſuperliminare: atque nè cardines ſtrideant, aut fores crepent, move leniter.

405. Ubi oſtium pertranſiveris, venies aut in *cavedium*, aut mox in atrium: undè ingreſſio patet in cætera conclavia: aut ſi domus fuerit diſtega, vel triſtega, aſcenſio in ſuperiores contignationes per *ſcalas*, vel *cochlidia*, aut *poſticum* exitur aliò.

406. Dum ſumus in loco ſubtegulaneo, inambulamus pavimento, ſive id ſit *ſpiſſatum*, ſive *tabulatum*, ſive *teſſellatum*: laquear autem impendet nobis, ſive fuerit *tabulatum*, ſive *fornicatum*, aut etiam *vermiculatum*.

407. *Tectum* superponitur columini, (devexum vel in unam partem tantùm; vel in duas, vel in quatuor) tegitur aut *cespite*, aut *culmine*, aut *scandulis*, aut *imbricibus*: quæ omnia imponuntur *tigillis*; tigilla *cantheriis*; cantheriorum verò divaricata crura incumbunt *transtris*; transtra rursum incubant *proceribus* trabium: proceres si longius progeruntur, faciunt *suggrundia* ampla: præsertim in *peristyliis*, ad deambulandum destinatis; aut in pensili podio (seu pergula) vel saltem in projectura angulari, Meniano.

408. Tentavit verò humana industria etiam in abdito substruere *cryptoporticus*; & in aërem supra domos, *cœnacula subdialia*; & cum præaltis fastigis *turres*; stupendæque molis pyramides, obeliscos, colossos; & perplexa ædificia, *labyrinthos*; & ambulatoria ædificia, *pegmata*, &c.

CAP. XL.

Artes utensilium: & primo argillaceorum & vitreorum.

409. Veniamus ad opificia, quæ domos implent utensilibus, quibus humana vita carere non potest; & parantur è materia minerali, aut vegetabili, aut animali.

410. *Figulus* ex argilla bene præparata, circumactionequæ rotæ figulinæ, fingit *olla*, aliáque figlina: quæ excoquit in furno, incrustátque litargyro; testas tamen solidas nescit.

411. *Vitriarius* (ex arena cinere, sale, liquatis intensissimo igne) format (in vitraria officina, perflatúque ferri tubi) *vitreamina*: è quibus *fenestrarius* facit fenestras (coordinando vitra specularia in jugamenta, & applumbans stanneo ferrumine, ne excidant) *laternarius* verò laternas relinquens, pro lucerna imponenda & eximenda, ostiolum.

CAP. XLI.

Artes metallicorum utensilium.

412. Metallarius scrutatur latentes mineras, ope virgulæ cujusdam indicis: tum parat aditionem ad illas cum fossorum, qui ingrediuntur fodinas (intecti bardocucullo & perizomate) cum faccefa lucerna: repertæque metallicæ venæ impingunt cuneos, decutiúntque frusta, & extrahunt foras.

413. Hic *discretor* secer-

impuritates faxeas; lotor elavat secreta; alii deferunt in *ustrinas*, colliquefaciuntque sic, ut metallum à scoriis liberatum profluat: & quia plerúmque adhuc argentum intermixtum est auro, separantur illa ab invicem *aquâ forti*, demúmque conflatur unumquódque purum putum seorsim, in tabellas vel bacillos.

414. Hic jam *fabri*, inflando ignem follibus, emolliunt metalla; mollitáque eximunt forcipibus, exemta cudunt super *incude* malleis (dum interim stricturæ quaquaversum dissiliunt:) cusa denique laminando, cuspidando, variè figurando, & ubi opus ferruminando, conficiunt utensilia.

415. *Faber ferrarius* fabricat ferramenta varia (*claustrarius* claustra & claves; *ferrarius* serras: *falcarius* falces; *cultrarius* cultros; (quorum aciem samiator samiat;) *acicularius* acus: *malleator* thoraces chalybeas; & loricas, ex annulis ferreis contextas, &c. *gladiarius* gladios; quos polio polit, instruítque capulis, & superintegit vaginis.

416. *Faber ærarius* è ductio cupro cudit, tilligineóque marculo lævigat æramenta: quæ detrita reficiunt vicatim discurrentes *ahenarii*: flator æris fundit ex orichalco statuas, campanásque (pulsatiles ferreo pistillo) tormenta bellica, &c. sicut & *stannarius* stannea vasa; quæ ut niteant depolit fricaturâ.

417. *Laminarius* conficit è laminis lampades, &c. *bracteator* è bracteolis tintinnabula (nolas;) *aurifaber* vasa aurea & aurata (deaurata) argenteáque & argentata (deargentata:) tum armillas, torques, &c. colligens scobem & ramenta (quibus intertrimenta possunt compensari) è præcinctorio mensæ alligato.

418. *Monetarius* cudit nummos in officina monetaria: sed qui percutit reprobos, aut admutilat probos; falsarius est: qui autem è sequioribus metallis conatur enixè factitare aurum, alchymistam vocant.

CAP. XLII.

Artes utensilium lineorum, & ligneorum, & coriaceorum.

419. *Restio* contorquet restes, funiculósque; idque è can-

cannabi, stupa, sparto, vel arborum libris, qui dum virent glubuntur: *viminarius* sirpat corbes è viminibus, quandóque decorticatis & exalburnatis: *cribrarius* facit cribra ex assulis flexilibus, rotundatisque; item capsas, rotundas vel ovales, &c.

420. *Doliarius* (vietor) conficit doliaria vasa; circumvinciens secamenta vimineis circulis; sive uno fundo, ut sunt *labra* & *lacus*; sive bino, ut *dolia*, habentia foramen desuper, pro infusione liquoris; & deorsum, pro emissione: illud occluditur operculo aut obturamento; hoc siphone aut epistomio.

421. *Tornator* parat tornatilia opera torno: *arcarius* opera tabulata instrumentis variis: edolans asseres runcinâ, & deplanans planulâ, adunans impagibus & subscudibus, & circumscalpens exstantias scalpro, conglutinánsque juncturas glutine, & ut niteant omnia oblinens vernice.

422. Utensilia è corio parant, frenarius, ephippiarius, marsupiarius; & qui præmuniunt capitellis ligulas, &c.

423. *Saponarius* coqui è seb saponem, sebátque candelas *cerarius* fundit faculas cere trahénsque instar funiculorum, circumvolvit lychnucho

424. *Pectinarius* conficit pectines, corneos, eburneos, ligneos, raris & densis radiis distinctos, pro pectendis crinibus pro comendis autem comis, pectines setaceos: sed *scopularius* concinnat pro vestibus purgandis setacea, & verricula, è seti agglutinatis scapo ligneo.

CAP. XLIII.

Arcos itinerum: primum pedestres.

425. Non possumus h rere in uno loco semper, op est transire quoquô: quod prope sit, animíque grati *deambulatio* est; si per camp aliquid conquirendo, *peragr tio*: si propter peritiam regi num, *peregrinatio*; si ad hab tandum alibi, *migratio*; ubíq autem, si quid nobiscum sumimus manu, dicimur *tra ferre*; si humeris, *portare*; si v hiculis, *vectare*; si comitat *ductare*.

426. Quô non libet (a non licet) devenire nobis ipsi me

met, mittimus alium: si ut nunciet aliquid, *nuncium*, si ut deferat nunciatricem epistolam, *tabellarium*; si ut expediat negotium, *curatorem*.

427. Transmeamus autem terrâ vel aquâ (pervolitare aëra nondum didicimus; nam narratio de volatura *Dædali* fabella est:) per terram *vadimus*, aut *gestamur*, aut *vehimur*; per aquam *vadamus*, aut *natamus*, aut *navigamus*.

428. Viatori, pedibus ituro, expedit esse ocreato, aut peronato, nè collutuletur: & lacernato (penulâ induto) ne compluatur: & quia non potest gestare sua omnia in sinu, vel gremio, vel fundâ (assutis intra vestem loculis:) circumcingit sibi *sacciperium*, aut imponit humeris *sarcinam*; & sumit in manum *baculum*, quò se suffulciat, aut saltem *scipionem* decori causâ.

429. Ingressus viam proficiscatur rectâ, & sine ambagibus, quò tendit: ne deflectat ad diverticula, nisi necesse sit: nec deserat viam regiam semitæ causâ, nisi sit callis tritus, & itineris dux, comésve fidus & peritus: alias facile per tramites vestigiaque seductoria, in devia, salebras, aspreta, veniet.

430. Bivium & trivium semper est fallax, compita non æquè seducunt: ergò ut nè fiat errabundus sciscitetur obvios, quâ eundum sit? & quorsum flectendum? utrum dexterorsùs, an lævorsùs?

431. Devitet *offendicula*, ne sint remoræ: nec perambulet altiores clivos, (qui sunt euntibus cacumen versùs acclives, retrorsùs declives:) retrocedat potiùs, ubi nequit meare porrò: fossásq; circumeat, si non potest transilire, nè quidem adminiculo conti: sic ibi inoffensé.

432. Peregrinaturo ad exteros opus est viatico, propter impensas; aut certè literis *cambii*, ab aliquo *collybista*: quandóque & interprete, si non calleat idioma gentis: & itinerario bono; maximè autem prudentiâ, ut attendat, quòcum sit, ubiubi fuerit, à discessu usque in reditum.

433. *Prædones* siquidem spoliant; *piratæ* abducunt; *latrones* trucidant; sed & in diversoriis

(ubi

(ubi pernoctandum est) sæpè est hospes ab hospite intutus, ob improbitatem *caponum* quorundam.

CAP. XLIV.

Equitatio & aurigatio.

434. Ad parcendum pedibus & viribus (in rebus avehendis & advehendis) didicimus uti *jumentis*; deinde *vehiculis*.

435. Equitaturus, curat effigi soleas equo; insternit illi *ephippium* (quod nè devolvatur, subcingit illud cingula:) ephippióque anteriùs præligat *bulgam*; vel adligat retrò *vidulum*; vel appendit *bisaccium*, circumdátque *frenum* capiti: si *antilena*, *postilena*, *dorsuale*, ceteræque *phaleræ* adduntur, sunt ornamento.

436. Tum insulciens pedem stapedi, insilit in equum: jámque illi insidens (ut abequitet celeriùs) exstimulat eum calcaribus ad procursum; habenis verò flectit pro lubitu; aut retinet, & reprimit, pro necessitate: sed *gradarius* fert equitem molliter, *tolutarius* tolutim & subsultim, *succussator* quassat submolestè, *cæspitator* protertet casu.

437. Ventum est ad *vehicula*: quorum quod tantum raptatur (præsertim per vias nivalem) *traha* dicitur; quod voluratur super rotas, *carruculum*; sive fuerit unirotum, *pabo*; sive birotum, *currus*; sive quatuor rotarum, *curtus*: cujus iterum varia genera.

438. Ampliora enim onera vectantur plaustro, rudera sarraco; homines ipsi *vehendâ*: quæ levior est *essedum*, dimidiata *cisium*; coassatione aperta *aera*; pensilis carpentum; delicato insuper operario, pilentum.

439. Partes currus primariæ sunt, *temo*, prominens antrorsum; *jugamenta*, continentia compagem; *axes*, transeuntes rotas; *rotæ*, quarumquæque constat ex uno modulo, duodecim radiis, sex antifidibus (curvaturis) totidemque ferreis canthis.

440. *Auriga* parans equum aurigationi, ventilat avenum, evannatámque obsum (cum defecto stramento,) allegatis capistro ad præsepe, interseptis per longuriones inditque (saturatis & purgat

purgatis *strigiliis*) *orcam*, atque si quis mordax est, constringit ora *fiscinâ*.

441. Dehinc adjugat jugo *parippum* cum *sellario*, annectitque retinacula (dependentia de *helcio*) extremitati temonis: tùm si non placet uti bigâ sed trigâ, vel quadrigâ, præjungit antecessores, quos agant ante se loro: (*magnates* tamen utuntur sejugibus, *reges* octojugibus; eóque rhedariis etiam pluribus.)

442. Ut currus leviùs currat, vector ungit axes *axungia*; respectátque inter aurigandum nè exorbitet: si in cœno hærescit nè diu hæreat, & retardetur, subjungit plures (equos:) contra in præcipiti descensu, nè velociter ruat, currúmve evertat, sufflaminat rotas sufflamine; vel abjungit equos.

443. Ubi transitus non datur vehiculis, per loca perrupta & invia, adhibentur clitellaria jumenta; imprimis tardi caballi, inepti ad equitandum: quibus impositæ clitellæ sustinent onera, gausapibus coopertæ.

444. Sed in plano potiùs utimur, si celerare opus; veredis (celeribus) quàm meritoriis vehiculis, (ibi tamen intertriginem cave:) atque ut sis expeditior, impedimentis te non aggraves, quæ festinos tardant.

CAP. XLV.

Natatio & navigatio.

445. *Flumina, lacus, maria*, obstant identidem viantibus, superanda omnino iis, qui ulteriùs velint, sive ponte aut ponticulo (lapideo vel sublicio,) sive aliter: quod jam recensebo.

446. Innatare aquis discunt super *scirpeam ratem*, arboreúmve *corticem*; tum sine cortice jactatu manuum pedúmque; sunt & nonnulli, qui aquam calcare sciunt, (tranando sine madefactione vestium, quas supra caput tenent, pectoribus tenus mersi:) *urinatores* etiam sub aqua (instar piscium) natant: ergo si flumen potest vadari, propter brevitatem; transilitur, sin, transnatur.

447. Post adorsi sunt struere *rates*: ex tignis obiter compactis, rursúmque solutilibus: tum *lintres*, ex unico excavato digno; tandem *naves*

ad firmitudinem compactiles, quæ habent *proram* & *puppim*; *carinámque* & *stegam*, cum gemino latere; quorum intercapedo dicitur alveus navis.

448. Minores naviculæ sunt, *cymba*, *lembus*, *oria*; subservientes piscationi: tum *ponto*, quo flumina trajiciuntur, (sed *portitori* ad trajectum portorium solvitur:) major *navis*, vel onera vehit, & dicitur *oneraria* (geraria, gestoria;) vel homines, *vectoria*: quam si cubiculata est, vocant *phaselum*; celeritati destinatam *celotem* & *Liburnicam*.

449. Olim nesciebant aliter propellere navigia, quàm *remulce* (fune tractorio aut remis, aut contis ad scalmos positis: construebantúrque actuariæ naves, (*biremes*, *triremes*, *quadriremes*, &c.) quas impellebant remiges (considentes transtris per interscalmia & remigantes:) dirigebant verò tenentes clavum; *proreta* ad proram, & *gubernator* ad puppim.

450. Tandem adverterunt posse jugari ventos: quibus captivandis excogitarunt *vela*; & velis dispandendis *malos*, *antennas*, *versorias*; & ventis observandis *tritonem*; novissimè demum *acum marinam*, monstratricem plagarum mundi, cujus indicatione possunt navigare per tenebras etiam (quod prius nisi ad stellæ polaris prospectum, accensósque ignes non poterant) enavigaréque ipsum oceanum.

451. Velificant ergo adspirante vento secundo, plenis velis, vento adverso, obliquant vela & cursum alternatim: vento nullo, velificatio non procedit, quùm tranquillitas est.

452. Procellâ obortâ repente, nè abripiantur à fluctibus, aut impellantur ad scopulos; allisáque navis demergatur; *nautæ* contrahunt & demittunt vela, (imò & recidunt instante discrimine) & sic tutius jactantur: si nihilominus videtur imminere naufragium, faciunt jacturam rerum, tametsi prætiosarum, non sine miserabili lamento naufragantium.

453. Alias quoque nè incidant in brevia, explorant profunditatem fali *bolide*, cautéque præternavigant cautes & syrtes.

454. Quia verò navis onerata innat firmiùs, navigatur

vae

vacuâ suburrant eam, non tamen nimio plus, nè pessum eat: & quia quaque tandem fatiscens (navis) transmittit per fissuras, & assamentorum commissuras, nauteam confluentem in sentinam, exantlat inde hanc *antliâ*.

455. Peractâ navigatione appellunt; naulum exsolvitur *nauclero*, & quisque festinat domum: quem sui sospites videntes incolumem, jubent *avere*.

456. Navis ipsa deducitur in *portum*, detracto aplustri; aut linquitur in statione (si locus impetuosus est) stans super anchoras, & sic fluctuans, rimosa verò subducitur in *navale*, ut à *naupegis* reconcinnetur.

CAP. XLVI.

Machinæ tractoriæ.

457. Cùm habeamus necesse transportare, non tantum nosmet ipsos, sed & alia, molesque multarum rerum excedant vires corporis nostri, quæsita sunt juvamina à *machinis*: attingemus quædam.

458. Quantum duo *bajuli* possunt ferre palangis, potest unus trudendo ante se onus impositum *paboni*, suspensa ærumna à collo: sed longè majora provolvi possunt *phalangis*.

459. Sustollendæ rei gravi serviunt, primùm *vectis*, quem oneri suppingendo, protensæque parti incumbendo, onus tollimus; deinde *succula*, quam itidem suppingimus, manubriúmque ejus rotamus manu: tum *trochlea*, per cujus orbiculos traducti funes ductarii plures, multiplicant vim trahendi; hinc *ergata*, quam circumeundo vectiarii versant; *geranium* denique, cum adjuncto rotabili tympano, cui inambulando res magnæ molis protollimus.

460. Validæ compressioni serviunt *pressoria* generis omnis, quorum omnium ratio hæc est; *præla* duo pressare violentissimè rem adiguntur, à *torculari* versabili, vique retorto circa *cochleam* spiratim striatam; contra qui findere vult aliquid, dissilire illud cogit, adigens *tudite cuneum*.

461. *Pistucæ* adhibentur ad pangendum *sublicas*; sive ansatæ fuerint, attollendæ & demittendæ humanis manibus; sive extollendæ trochlæis, & demittendæ, ut fortiùs feriant.

462. Artificiosi aquæ ductus cogunt aquam per canales ascendere in quamvis altitudinem: *Archimedea* verò *cochlea* facit aquam descendendo ascendere: sed *aquagia* exsiccant aquis inundatos campos.

463. *Horologia* sunt reperta dimetiendis horis: primùm *solaria* (*sciotherica*) ubi gnomonis umbra horarias lineas transmeando; tum *aquaria* (*clepsydræ*) ubi aqua de vase in vas transtillando; mox *arenaria* (*clepsammia*) ubi arena iridem furtim transfluendo, ostendunt moram præter labentis temporis.

464. Admirere verò inventum *automati*! in quo rotulæ motant seipsas suis libramentis, repræsentántque circulatione illâ replicationem horarum (fortè & dierum, mensium, totiúsque planetarii cursus.)

465. Perserutantur etiam, quomodo *machina* verè automata possit confabrefieri; procedens ultroneo suo tractu indesinenter, nec habens opus intendi; nuncupant *mobile perpetuum*, quod an sit possibile inventu, ambigitur.

CAP. XLVII.

Oblectatoriæ artes.

466. Non priùs discedemus ab artificibus, quàm percensuerimus quædam reperta servientia merè *lautitiei*, *oblectamentis*que sensuum.

467. Mundare se idem limpida, est *munditici*; [illegible] care fuco *lenocinii*; *balnea* [illegible] sunt, ut deluamus squalores desidentes in *labro*: aut ingredi *vaporarium*, conscendamus *fudatorium*, & eliciamus sudorem; defricemúsque strigmenta *cilicio*; & extergamus linteis: transeundóque è *calda* (vel *tepidario*) in *frigidarium* aut viciſſim, indulgeamus delectationibus.

468. *Balneator* quandóque scarificat, affixis cucurbitulis auxiliatu flammæ: sæpe & [illegible] ornat barbas comásque, (quidem & *barbitonsor* facit) dùm dissplicatum capillitium partim attondet *forcipe*, partim detondet *novaculâ*, partim evellit *volsellis*; relinquens capronam dependulam à fronte, aut comam in circuitus, *cincinnos* verò crispans *calamistro*: calvis autem adaptat ascitium *capillamentum*, *cendrum*, seu *galericulum*.

469.

469. Res tactiles ut nos afficiant incubatu leniter, inventi sunt *lectuli* & *storeæ*; plumeáque *pulvinaria* & *cervicalia*, quibus supercubamus (munditer si lodices superinsternuntur candidæ:) tùm *stragula* ac *tegetes*, quibus supertegimus nos: denique *conopea*, quibus circumsepimus lectulos, nè quid obturbet.

470. Pro commodiore sessitatione sunt, *scamna* & *sellæ*, cum fulcris ac scabellis; & bisellia, fulcro ambifariam versabili: tum *culcitræ*, fartæ tomento: olímque ad mensam discubitorii *lecti* & subalares pulvilli; denique pro gestatione *lecticæ*, & aliæ gestatoriæ sellæ, quibus aut morbidi, aut voluptuarii, circumgestantur.

471. Blandimenta gustatui dant *cupediæ*, quas cupedinarii parant: ut sunt variorum generum *placentæ*, *liba*, *piperaláque liba*, (quæ dulciarius facit,) *lagana*, *moreta*, *obeliæ*, *teganitæ*, *scriblitæ*, *crustulæ*, *panis saccharites*, in clibano coctus, &c.

472. *Unguentarius* paritat voluptuosis *odoramenta*, *smegmata*, *suffitus*; quibus illi debuti fragrant.

473. *Delinimentum* autem à modulatione vocis est; seu vivæ, seu musicorum organorum: quæ vel *pulsantur*, vel *plectuntur*, vel *inflantur*.

474. Pulsantur: *tympanum*, *campana*, *cymbalum*, *tintinnabulum*, crepitacula quæcunque; itémque *crembalum*, quod insertum dentibus, adhalatu gutturis, allisúque digiti, tintinnat.

475. Plectuntur organa, quæ fidibus intenduntur ac remittuntur, (intensæque acutum sonant, laxæ graviter:) ídque vel digitis, (seu manûs utriúsque,) ut *nablium* (*sambuca*;) seu alteriús, alterâ moderante chordas, (ut *cithara* & *testudo*:) vel plectro, eóque aut setaceo, ut *fides*; aut rotabili, ut *lyra*; aut prosiliente pinnulâ, ut *instrumentum*.

476. Inflantur verò quædam oram, ut *fistulæ*, à fistulatore; *tibia*, à tibicine; *tuba*, à tubicine; *lituus*, à liticine: *buccina*, à buccinatore *gingras*, à gingratore; *tibia utricularis*, ab utriculario: quædam follibus, ut *organon* pneusticum, ab organario pulsatum.

477. Oblectamenta oculorum sunt visibilium rerum representationes, aut transformationes; & præsentationes quidem jam in plano, *picturâ*; jam in materia solida, sive molliori, *ficturâ*; sive duriori, *sculpturâ*; *cælaturâ*, *fusurâ*: aut denique per *specula*, specularia; aut per *ignes missiles*.

478. *Pictor* delineat cujusvis rei effigiem graphio, & perpingit penicillo ac pigmentis: quem imitantur quodammodo illuminatores crepundiorum; & *encaustæ*, expingentes vitra igni; & *Phrygiones* (acupictores seu plumarii) acupingentes filis versicoloribus, quandóque & unionibus, gemmis, plumis, intexentésque vestibus varias figuras: maximè autem *calcographi*, incidentes subtilissimas imagunculas æri, imprimentésque chartis.

479. *Fictor* infundit modulo certæ formaturæ ceram, vel gypsum, vel metallum, eóque modo pereleganter defingit fusiles imagunculas: sed *sculptor* exsculpit statuas liberâ manu: *cælator* verò insculpit vasis jam paratis, sigillis item, species quas vult.

480. *Faber speculorum* par[illegible] è vitris specula, quibus h[illegible] mines intueantur seipsos: [illegible] *conspicilia*, quibus prospect[illegible] acriùs res: & *telescopia*, quib[illegible] prospectent dissita ut propi[illegible] qua; & *microscopia*, quib[illegible] obtueantur pusilla ut grandi[illegible] & *prismata*, transfigurant[illegible] colores rerum milleformit[illegible] *urentia* denique *specula*.

481. *Speculum* illud e[illegible] optimum, quod reddit spec[illegible] objectas eâdem qualitate [illegible] quantitate: id quod fit, cù[illegible] benè perpolitum est, & pro[illegible] sus planum, néque concav[illegible] néque convexum: hoc eteni[illegible] ostendit rem minorem qu[illegible] est, illud inversam.

CAP. XLVIII.

Artes culturæ humanæ.

482. Lustravimus arte[illegible] *manuarias*, *rurales*, *mechanic*[illegible] quibus elaborantur res exa[illegible] mæ ad utilitatem, hone[illegible] mentáque vitæ nostræ: q[illegible] verò ipsa etiam natura hum[illegible] na sine politura brutesc[illegible] (hinc incultæ gentes barb[illegible] sunt) sumúsque necessariò [illegible] poliendi mente ad *sapientia*[illegible] animo ad *honestatem*, lingua[illegible]

sac[illegible]

familiam; veni & ſpectа, quomodo id fiat, ut ipſe quoque expoliaris.

483. O quam deſiderabile eſt, ſic excultum eſſe! nimirum habere mentem illuminatam, rebus depictam; & poſſe rursum in aliorum mentibus eaſdem depingere ſermone! & habere actiones paſſionéſque suas in poteſtate ſua! angelica hæc eſt perfectio, conſiderata in plenitudine ſuâ.

484. Si vis participare felicitatem hanc, tu adoleſcens, adeſto! ſed ut tria illa ſi exoptes ſolida, non fucata: cupiens evadere non *ſcius*, ſed *ſciens*; non *locutulus*, ſed *eloquens*; non *ſimulatus cultor* virtutum, ſed *ſerius*.

485. Hujus culturæ inſtrumenta, quæ ſunt *libri*, *ſchola*, *converſatio erudita*; *peregrinatio*que ſuſceptæ illius cauſâ, ſi narrationem de iſtis ſingulatim: commonſtrabo quid & quomodo fiat, ut habeas illum ſcibilium omnium.

CAP. XLIX.

Libri & libri: cum miniſtrantibus artibus; *typographia*, *& alia*.

486. Modus SCRIPTURÆ fuit apud *Ægyptios* per notas *hieroglyphicas*, ſiſtas ſcilicet rerum figuras: apud *Chineſes* per reales characteres, quos etiam diverſæ nationes intelligunt, & quiſque ſua lingua legit: apud nos ſunt in uſu LITERÆ, notulæ minimorum ſonorum oris, è quibus complicatis ſiunt *verba*, *ſententiæ*, *libri*.

487. Antiqui literas incidebant ſaxis, malleo: poſtea inſculpebant ligneis codicibus (præſertim faginis) ſectis in tabulas, ac dolatis, exlitæ: dehinc exarabant in *tiliaceis libris*; aut foliis palmæ, oleæ, malvæ, & linteis, ceratis vel gypſatis, ſtylo ferreo (vel oſſeo:) poſtmodum *Niliaco* calamo inſcribebant *pergameno*, ex ovinis tergoribus paratæ.

488. Subſequenter inventa eſt papyrus, è papyro, planta bicubitali, habente (corticis loco) tunicas latiſſimas & prætenues; quas diſcriminatas acu, & imbutas aquâ glutino â, complanatásque preſo, ac deſiccatis ſole, digerebant in ſerpum, habentem plagulas viginti: nunc eſt *charta* in uſu, quam *chartopæus* conficit è linteis vetuſtis conceptis,

con-

contusísque in pulmentum, & diductis in folia, intermistâ collâ, ut nè charta perfluat: tum eam colligit in *volumina minora, majora, maxima.*

489. *Atramentum* scriptorium confit è gallis quernis, & vitriolo: quibus adinditur aliquantum aluminis, & gummi, ad prohibendum mucorem, & penetrationem: penna verò eligitur anserina vel pavonina, caule amplo, firmo, pertranslucido; quam qui temperat scriptioni, eradit scabritiem tergo scalpelli; acie autem detruncat caudam, & rescindit utrinque caput, ut bifurcatum fiat: tum diffindendo facit crenam, pro defluxu atramenti; circumcidítque rursùm incisuram istam, & præcidit æqualiter; demum intingit ac scribit, post recondit in *calamarium.*

490. *Hebræi* scribunt à dextra sinistram versus; *Græci*, & cæteri *Europæi*, à sinistra versus dextram; *Indi* quidam perpendiculariter à summo ad imum, æquè legibiliter.

491. Prisci habuerunt *tachygraphiam*, per sigles, quibus sufficiebant excipere sermonem manu, non ad calamum dictantis, sed liberè loquentis; nos habemus etiam celeri[illegible]rem, *Typographiam*, quâ un[illegible] unâ die, plus describit, qu[illegible] aliàs possent mille scribæ: [illegible] & stenographiam nuperri[illegible] exsuscitarunt *Angli.*

492. *Typographus* distrib[illegible] per loculamenta æneos ty[illegible] conflatos permagno numer[illegible] quos *Typotheta* expromens [illegible]didem, sigillatim componit [illegible] *verba, versus, paginas*; co[illegible]ctátque marginibus ferreis, [illegible] indit prelo: tum illinit a[illegible]mento impressorio (quod [illegible]rat ex fuligine & oleament[illegible] apprimítque suppositis ch[illegible]tis, & sic describit integ[illegible] schedas momento; omnes c[illegible]rectissimè, si modò prim[illegible] exemplar fuerit correctum, *corrector* non fuerit idiota, [illegible] iners: expleto autem num[illegible] exemplarium, disjectat r[illegible]sùm typos per cellulas suas, possint coagmentari de[illegible] in alium textum.

493. *Librarii* olim ag[illegible]tinabant chartas chartis, [illegible] volvebántque in *volum*[illegible] nunc eas *bibliopegus* (co[illegible]ctor) compingit in codi[illegible]dum singulas phyluras ra[illegible]ris chartæ tingit aquâ al[illegible]natâ, siccatas verò compl[illegible]

mal[illegible]

malleat, consuit, conglutinat dorso, demarginat, circummunit tegmentis (papyraceis, membraneis, coriaceis) lateráque sibulat clausuris (aheneis uncis;) aut connectit ligulis scorteis, vel sericeis; grandioribus etiam libris affigit umbilicatas bullas.

494. *Bibliopola* vendit libros in bibliopolio: *bibliothecarius* eosdem congestat in *bibliothecam*, & adscribit catalogo, & disponit per repositoria ac forulos, & exponit ad usum super pluteos.

495. A forma exteriore liber est, vel chartæ integræ (in *folio* vocant;) vel plicatæ in quadrum, aut in folia sex, octo, duodecim, sedecim: item columnatus aut linguatus; atque si grandior est, quàm ut comprehendatur compacturâ unâ, dividitur in *tomos*.

496 Interiores partes libri sunt; *titulus*, *dedicatio*, *præfatio* (quâ argumentum edisseritur) interdum & *elogia*: tùm tractatus ipse, dispertitus in sectiones; dehinc clausula, cum *indice* contentorum, aut etiam erratorum.

497. Libri scriptor dicitur *author*; primum scriptum *autographum*; transcripta inde *apographa*; *editor*, si simul emendator fuit; *censor*: cujus est judicare de germanitate scripti, annon sit suppositi-tium, ex toto, vel ex parte; & admonere lectores de genuina lectione, si exemplaria dissonent, veróque dictorum sensu; sive glossis interjectis, sive annotationibus separatis.

498. *Liber bene elaboratus* sit vendibilis, recuditúrque sæpius: sed videndum est, ut editio semper sit auctiòr, vel saltem correctior: noxiosi verò utinam nulli evulgentur.

CAP. I.

SCHOLÆ.

499. *Schola* est officina transfundendi eruditionem è libris in homines: ubi necesse habent exerceri juniores (qui optant ordiri vitam sapienter, & transigere prosperè,) non solùm in literatura, sed in omnibus quæ perficiunt naturam humanam: nempe ut prædiscant rectè *sapere*, rectè *agere*, rectè *loqui*.

500. Qui docet, est *doctor*; qui discit, *discipulus*; quorum ille si fuerit doctus, & didacticus, (cui adsit communicandi aliis doctrinam gnaritas, & promptitudo) hic autem doci-

lis & disciplinosus (quotidie aliquid novi rescire, ac addiscere, avidus,) utérque habebit delicias; scholáque fiet ludus, dum operæ peragentur ludibundis utrinque.

501. Erit hoc, si agatur tempore uno, nonnisi unum, nè distrahatur sensus: & eatur semper gradatim, quomodo res pendent ab invicem: docénsque præmonstret semper *exemplar* exquisitum cujúsque rei noscendæ, aut faciendæ: illúdque explicet præceptis perspicuis; & jubeat imitari mox: discens verò intueatur exemplar avidè; & percipiat informationem de illo attentè, & mox exprimere illud studeat imitatione accuratâ; adstante magistro, & nè aberret providente; aut si aberrare videt, corrigente; assistentibus item condiscipulis, quotquot fuerint; ut in quo emendatur unus, in eo dediscant hallucinari omnes, mendásque desuefiant.

502. Hæc identitas manuductionis habebit eam commoditatem, ut pædagogus unus, stans in pulpito, satisfaciat quantævis erudiendæ catervæ: hi autem excitent seipsos certatim, acuántque æmulatione mutuâ, dum omnia fiunt palam omnibus: atque sic ingeniosi proficiant potenter, tardiores verò superent tandem quoque difficultates, ipsâ assiduitate exercitiorum, quod ostendent *examina*.

503. *Disciplina* tamen adjungitur institutioni, ut nè obrepat incuria, vel desidia, aut dissoluta licentia, per indulgentiam: ergo, qui negligenter agit, increpatur; qui desidiosus est, castigatur ferulâ: in quo malitiosa obstinatio deprehenditur, dignus est secludi à consortio morigerorum, nè inficiat alios pravitate.

504. Ludimagister tamen cavebit esse plagosus; potius permittet diligentibus, (libenter, non invitè) honestas recreationes, spatiationes, collusiones: adeóque ipsemet colludet, providendo utilis exercitia.

505. Infima scholarum trivialis, pro elementariis, quorum sensus exercendi sunt circa res sensuales: dehinc *gymnasium* (*classicum scholam* vocant) pro iis, qui discunt linguas, liberalésque artes, sunt exercitandi circa rationes rerum noscitandas: ...

dem sunt *academiæ*, pro iis, qui quærunt absolutam eruditionem, purum scilicet intellectum rerum: ubi hoc dant operam professores facultatum quatuor, ut humanæ vitæ magistri, *philosophi*, *medici*, *jurisconsulti*, *theologi*, inde prodeant, communi bono.

CAP. LI.

PHILOSOPHIA.

506. *Philosophus* investigat causas rerum, *quid*, *unde*, *quare* & *quomodo* sit, unumquódque; qui occupatus circa *ideas* rerum omnium universales, & abstractas, vocatur *metaphysicus*: circa corpora naturalia, formásque rebus concretas, *physicus*; circa rerum proportiones, *mathematicus*; circa hominum mores, *ethicus*; circa sermonis rationem, *philologus*.

507. *Metaphysicus* contemplatur res à priori; non ut jam sunt, sed ut possibiles erant, antequam erant; perscrutans, quid hoc sit *esse*, aut *non esse*; *fieri*, aut *non fieri*; *existere*, aut *evanescere*; *durare*, aut *perire*, &c. item quid sit *rerum identitas*, *diversitas*, *contrarietas*, &c. quibúsque modis *ens* cum *non ente* possit jungi, aut ab illo sejungi; vel plura *entia* sibi conglobari, usque ad ipsam *universitatem rerum*, extra quam nihil est.

508. *Physicus* considerat res à posteriori, prout eas videt in mundo: ut intelligat, quæ vi fiant, operentur, alterentur, &c. Cujus intelligentiæ summus apex est *magia*; peritia scilicet effectorum producendorum, occulta applicatione activorum ad passiva; sed hujus monstrum sunt *præstigiæ*, quæ peraguntur incantamentis & excantationibus; meræ saraviceæ illusiones, relinquendæ strigibus.

509. Ad philosophandum liquidò requisita sunt necessaria, *sensuum acrimonia*, *rationis sagacitas*, & vera plenáque *historia rerum*; quippe oportet prænosse prius aliquid esse, quàm inquiras in ejus essentiam, vel causas.

CAP. LII.

Mathesis: primumque arithmetica.

510. *Mathesis* adaperit viam philosophiæ: pervestigans rationem numerorum, in *Arithmetica*; & mensurarum, in *Geometria*; & ponderum in *Statica*.

511. *Arithmeticus* tractans industriè numerosas res, quoties obtingunt, peragit omnia sua per *numerationem, additionem, subtractionem, multiplicationem, divisionem, regulámque proportionum.*

512. *Ruricolæ* computant simpliciùs per *paria decusses, duodenas, quindenas, sexagenas: arithmetici* subtiliùs, per *unitates, decades, centenarios, millenarios, myriades*; recentiores etiam per *tonas* & *milliones*: unitas etiam decies repetita facit *decem*; decies decem, *centum*; decies centum, *mille*; decies mille, *myriada*; decem myriades nunc vocant *tonnam*; decem tonnas (id est, millies mille) *millionem.*

513. Numerandi notæ fuerunt *Græcis* non aliæ, quam literæ alphabeti sui, α'. β'. γ'. δ'. &c. *Romani* adhibuerunt septem solùm literas, *I. V. X. L. C. D. M*: *Arabes* excogitârunt ingeniosè ciphras decem, quibus numerosissima quæque possunt exprimi, (vel arena maris;) tandem inventi sunt *calculi*, disponendi super abacum. (Exempli gratia, si quis dicatur habere mille, sexcentos, octoginta & quatuor aureos, id annotabit sic,

Numeris *Romanis*,
M. DC. LXXX. IV.
Cifris *Arabicis*,
1 6 8 4.
Calculis,



514. Numerus dicitur *par*, qui potest dividi in duas æquales partes, (ut, 2, 4, 6, 8, &c.) *impar* qui non potest (ut, 3, 5, 7, 9, &c.) fractus, qui habet partem ruptam; ut sesque alter, (1 ½): cætera quæ alibi.

CAP. LIII.

GEOMETRIA.

515. *Geometria* explorat magnitudines rerum præcisè, ut nè quid nos possit decipere, apparendo majus aut minus, vel propiùs aut remotiùs, altiùs aut humiliùs, quàm est: quod potissimum conducit ad mensurandas rerum *longinquitates* & *capacitates.*

516. Peragit mensiones super *puncta, lineas, figuras*, certa instrumenta, quibus metitur omnia.

517. Linea incipit à pu

cto, & desinit in punctum: éstq; in seipsa vel *recta*; vel *curva*; vel *spiralis*; alteri verò lineæ, vel *parallela*; vel *obliqua*; vel *perpendicularis*. V. typ. æn. 13.

518. Ex concursu linearum fit *angulus*, qui est vel *rectus*, quem linea incidens perpendicularis efficit, ut est (in subjecto schemate) angulus *ABC*, vel *acutus*, minor recto, ut *BCD*, vel *obtusus*, major recto, ut *ACD*.

Vide *Tab.* 13.

519. Figurarum simplicissima est *circularis*; tùm *triangularis*; inde *quadrangularis*, &c.

520. *Circulus* fit ex unica linea ambiente, quam vocant *circumferentiam*: ut hic *BDcH*: ejus medium punctum est *centrum*, *A*: linea à centro ad circumferentiam ducta, est *radius AH*, vel *AC*: *radius* verò protensus ad partem oppositam, dissecánsque circulum æqualiter, *diameter* vocatur, ut *BAC*. *Vide Tab.* 13.

521. *Triangulum* fit è tribus lineis: éstque vel *acutangulum*, cujus omnes tres anguli acuti; vel *rectangulum*, cujus unus rectus; vel *obtusangulum*, cujus unus obtusus. *Vide Tab.* 13.

522. *Quadrangulum* est quadrilaterum: hoc autem vel *quadratum*; vel *oblongum*; vel *rhombus*. *Vide Tab.* 13.

523. Accipe etiam figuras corporum regulares: *orbis* est gyratus; *globus* rotundus; *cylindrus* teres; *pepo* ovalis; *pomum* orbiculatum; *pyrum*, & quidvis *conicum*, turbinatum; *cubus* quadratus; (licet sexlaterus, & octangulus;) *tribulus* triquetrus.

Vide Tab. 14.

524. Mensuræ distantiarum ita sunt: *grana papaverea* quatuor faciunt unum *hordeaceum*; hordeacea totidem *digitum*, digitus cum triente (1⅓) *pollicem*; digiti quatuor, *palmam*; palmi tres, *spithamam*; quatuor, *pedem*; quinque, *palmipedem*; sex, *ulnam* (seu cubitum, sesquipedem:) duo pedes cum semisse faciunt *gradum*, seu gressum, hoc est, passum minorem; quinque, passum majorem (geometricum, qui est idem cum orygia;) decem pedes dant *perticam* (decempedam) centum viginti quinque passus geometrici dant *stadium*: octo stadia (hoc est, mille passus) milliare *Italicum*; hæc autem quatuor, milliare *Germanicum*; milliare sesqui *Italicum*, *Gallicam* leucam.

525. Mensuræ capacitatis

apud *Romanos* fuerunt 2. primum pro liquidis, quatuor cochlearia (seu ligulæ) faciunt *cyathum*; horum tres, *quartarium*; quartarii duo, *heminam*; heminæ duæ, *sextarium*; hi sex, *congium*; quatuor congii, *urnam*, quantum vir ferre potest; duæ urnæ *amphoram* (seu quadrantal) quantum duo commodè bajulant; viginti amphoræ, *culeum*, quantum plaustro vehi solet.

526. Mensura minima aridorum fuit *cyathus*; cyathi sex dabant *heminam*; heminæ duæ, *sextarium*; duo sextarii, *modium*; hi quatuor, *mœdium*; modii duodecim, *medimnum*: (sed *arida herbacea* metiuntur pugillis, manipulisque.

527. Explorant verò rectam aut curvam lineam, *amussi* extensâ, vel applicatâ inflexibili, *regulâ*; rectitudinem anguli, *normâ*; situm plani horizontalis, *libellâ*; recti autem plani, *perpendiculo*; circuli exactionem *circino*; vasis capacitatem *pertica*; cui inscripti sunt numeri stereometrici.

Vide Tab. 9. & 14.

528. Distantias metiuntur communiter ope *quadrantis*; dum per pinnulas versabiles *radii* prospectando rem visam ex duabus stationibus, observandóque quantitatem trianguli minoris, quem in suo instrumento effici vident; colligunt quantitatem lineæ trianguli majoris, quem in terra faciunt lineæ, inter duas stationes & rem visam comprehensæ. *Vide Tab.* 4.

529. Talem mensionem distantiarum vocant *geodesiam*, atque si fit in plano (ut agri) *longimetriam*; si sursum (ut montis) *altimetriam*; si deorsum (ut putei) *profundimetriam*. dum verò doliorum capacitatem metiuntur, *stereometriam*.

530. *Geometra* examinant cur visio subinde fallat; (ut gr. cur aliquid sub aqua, aut per vaporem, majus videatur quàm est, nec suo loco:) item cur tanto minor appareat res, quanto fuerit remotior oculo; nec non causas pelluciditatis & opacitatis, perspicuitatisque & obscuritatis, & *opticus* vocatur.

CAP. LIV.

STATICA.

531. *Statica* probat; solidi

tatem rerum, & dehinc pretiositatem, ex perpensa, illarum gravitate, vi *librarum* & *ponderum*.

532. Libræ partes sunt, primùm *librile* seu *scapus* (& jugum;) deinde in centro librilis *axiculus*, super quem fit libratio; tertio *ansa*, à qua scapus pendet; & ansæ apertura, *agina*; qua transit examen, lingula scilicet infixa scapo.

533. Est autem ratio duplex libræ, & pensuræ; primum vide in bilance, habente centrum in medio scapi: unde necessariò sequitur ut æquilibria ponderent æqualiter, & graviùs præponderet deorsùmque vergat; leviùs verò se attollat, tantò magis, quantò alterum prægravat: sive in bilance maxima, trutina; sive minima (quâ nummi pensiculantur) *lancula*. *Vide Tab.* 11.

534. Alteram formam libræ spectabis in statera: quæ habet centrum librationis extra medium scapi; cujus rei consequens est, ut radius protensior faciat (inter librandum) majores ascensiones & descensiones, quam radius minor: eòque sit idem commensus ponderum ad invicem, qui arcuum. *Vide Tab.* 12.

535. Usus horum est talis: *libripens* imponit rem librandam alteri lanci, alteram gravat ponderibus, donec videat æquilibrium (seu æquipondium) quod extendet examen aginam æquans: in statera autem suspendit rem delibrandam ab unco, in B; pondusculúmque promovet in radio opposito, (dimenso incisuris) huc illuc, usque ad æquilibritatem: illud enim admotum propiùs centrum, ponderat minus; amotum à centro longiùs, plus.

536. Levissimum pondusculum (dans libellæ momentum,) facit *granum*; quatuor grana *siliquam*; hæ quinq; *scrupulum* tria scrupula, *drachmam*; quatuor drachmæ, *semunciam*; octo, *unciam*; unciæ duodecim, *libram*: (mercalis tamen libra est sedecim unciarum) centum libræ dant *centipondium* (vulgò centenarium.

CAP. LV.

ASTRONOMIA.

537. Quid ergò numerant, mensurant, ponderant, philosophi? *Omnia*. Sunt tamen illis solennissimæ dinumerationes, dimen-

dimensiones, collibrationésque 1. cœli, in *astronomia*: 2. terræ, in *geographia*: 3. temporum, in *Chronologia*: 4. cogitationum, in *logica*, *mnemonica*, *prognostica*: 5. moralium actionum in *ethica*: 6. sermonis in *philologicis artibus*: quæ omnia percurramus obiter.

538. *Astronomus* contemplaturus astra, disterminat sibi firmamentum in certas regiones, per quas observet transitiones siderum: nempe imaginarios circulos; quorum primarii sunt, *æquator*, *tropici*, *zodiacus*, &c. quos tu ita concipe. *Vide Tab.* 11.

539. Scellas ire circulatim, indicat quotidiana reditio ad loca eadem: ergo cœlum est volubilis sphæra: ergo habet axem, circa quem revolutatur: ergo & duas extremitates axis sui, seu duos immobiles polos, *septentrionalem* & *meridionalem*.

540. Inter polos finge, in medio sphæræ maximum circulum, erit *æquator*: & huic parallelos duos, *tropicos*; quos sol describit altissimus æstate; & humillimus hyeme: sed annuam viam Solis, (transeuntem ab hoc tropico ad illum tropicum, intersecantémque æquinoctialem duobus locis) vocant *zodiacum*: cujus pol[illegible] rursum describunt pola[illegible] circellos, circuitione quotidianâ.

541. Habes in ipsa cœl[illegible] machina circulos invisibili[illegible] positos, & cum illa irrevolubiles; sed sunt alii cuilibet loco proprii, & immobiles, *horizon* & *meridianus*.

542. Ubi ubi stas, prospectans circumcirca vides *horizontem*; confinia scilicet cœli & terræ, sive superioris hemisphærii ab inferiore: horizontis verò centrum est ubi stas; poli in cœlo, punctum tibi summum & imum (verticale illud vocant *zenith*; profundum illud sub terra, *nadir*) duc verò iterum circulum [illegible] polos mundi, & *zenith* ac *nadir*, erit *meridianus*, ad quem sol delatus facit nobis meridiem. *Vide Tab.* 11.

543. Quod attinet cursum astrorum, is uniformis est omnibus *fixis*, quasi vehantur [illegible] eodémque orbe: inter quas primæ magnitudinis sunt quindecim, (*Arcturus*, *Lyra*, *Sirius*, &c. secundæ 45; tertiæ 208; quartæ 475; quintæ 216; sextæ 49; novem [illegible] super obscuræ, & quinque [illegible]

bulosæ

bulosæ: omnes simul præter propter 1020. quas quidem per liberum aspectum in *Europa* videre possumus: sed per telescopia longè plures.

544. Sunt rectæ in certas configurationes; cujusmodi sunt duodecim signa zodiaci, ita insignita characteribus suis: ♈ *Aries*, constat stellis 19; ♉ *Taurus* 44; (inter quas sunt *Pleiades*,) ♊ *Gemini* 31; ♋ *Cancer* 28; ♌ *Leo* 39; ♍ *Virgo* 40; ♎ *Libra* 15; ♏ *Scorpio* 27; ♐ *Sagittarius* 31; ♑ *Capricornus* 27; ♒ *Aquarius* 33; ♓ *Pisces* 35.

545. Extra zodiacum sunt borealia signa; *Ursa minor*, stellarum 8; *Ursa major*, 32; *Draco* 33: *Hercules* 48; *Cygnus* 31; *Cassiopea* 25, &c. Inter australia signa maximè conspicuus est *Orion* 39; *Canis major* 18; *Canis minor* 7, &c.

546. Compertum habemus, sicut fixæ, & cum his ☉ & ☽ (*Sol* & *Luna*) gyrationem suam absolvunt circa terram, tanquam suum centrum, ita reliquos quinque Planetas gyrari circa Solem: quem ambit orbe minimo ☿ (*Mercurius*) quadrimestri tempore; ♀ (*Venus*) ferè duplo majore, novemdecem mensibus; ♂ (*Mars*) tam amplo, ut circumeat terram quoque, sesquianno; ♃ (*Jupiter*) etiam ampliore, duodecim annis, minus bimense; ♄ (*Saturnus*) amplissimo, novem & viginti annis, & semestri: qui omnes jam sunt *apogæi*, jam *perigæi*; videnturque nobis jam directi, jam retrogradi, jam stationarii, & veluti cum suis hinc procedentes.

547. Progrediuntur itidem per zodiacum, at non tam exactè, ut *Sol*: excurrunt enim à via Solis hinc & illinc, (boream versus & austrum versus) plus & minus.

548. Dividunt autem *Astronomi* omnem circulum (æquè parvum ut magnum) in gradus 360. hosque rursus singulos in 60 minuta prima & quodlibet horum in 60 secunda, &c. usque ad decima minuta, seu scrupula.

549. Calculando igitur motus planetarum in futurum, conficiunt *ephemerides*: id est, consignationes ad horam meridianam singulorum dierum anni, ubi quisque planeta futurus sit, & quo aspectu ad invicem: est enim inter planetas aut *conjunctio*, in eodem signo & gradu, ☌; aut

sextilis, distantia per duo signa, ✶; aut *quadratus* (seu quadratura) per tria signa, □; aut *trigonus*, per quatuor, △; aut *oppositio*, per sex, ☍.

Vide Tab. 12.

550. Imprimis autem consignantur *ephemeridibus eclipses* luminarium; postquam penetratum est in causas, unde fiunt: nempe deliquium Solis contingere in novilunio, quum inter nos & Solem Luna intercurrens directè, illum obnubit opaco suo corpore, hoc est, inumbrat nos: Luna verò eclipsatur in plenilunio, quando opposita Soli obnubilatur ipsa, incurrens in umbram terræ: quod ut non accidat quotmensibus, facit exspatiatio Lunæ extra viam Solis, quam vocant *eclipticam*.

Vide Tab. 11.

551. Ultima pars astronomiæ est computus *fastorum*: quo & spectat denominatio dierum hebdomadæ à planetis, ut dicantur dies *Solis*, dies *Lunæ*, dies *Martis*, dies *Mercurii*, dies *Jovis*, dies *Veneris*, dies *Saturni*.

552. Menses sunt, *Januarius*, *Februarius*, *Martius*, *Aprilis*, *Maius*, *Junius*. *Julius* (*Quintilis*,) *Augustus* (*Sextilis*,) *September*, *October*, *November*, *December*: quorum primo, tertio, quinto, septimo, octavo, decimo, duodecimo, dati sunt dies 31, reliquis 30: Februario 28, quanquam anno bissextili 29: cùm et unus dies intercalatur: embolimæo verò anno fit accessio additicii mensis (embolimi) hoc est, decimæ tertiæ lunationis.

CAP. LVI.

GEOGRAPHIA.

553. Ut nè simus ignari domicilii nostri, efficitur 1. per *dimensionem terræ*, in longum & latum; 2. per *distinctionem regionum* habitabilium & inhabitabilium; 3. per *descriptionem*, quid egregium obveniat hic, illic, isthic; idque in terrestri globo; sive pictis aliis geographicis tabulis, sive historicis enarrationibus.

554. Terram esse globosam, patet; quia ab oriente ad occidentem undique versus ambitur sideribus, & circumnavigatur maribus: transversim verò euntibus poli mundi elevantur & deprimuntur, unde & *terreni globi magnitudo* percognoscitur: nempè quotendenti ab austro in boream (aut retrò) singulis quindecim *Germanicis* milliaribus attolli

tollitur arcticus polus, & devergit antarcticus, gradu uno, cingitur totum ambitum terræ (qui est graduum 360) habere circuitum milliarium 5400; diametrum verò terræ esse 1800, semidiametrum (à superficie terræ ad ejus centrum) 900.

555. *Latitudo terræ* æstimatur ab æquatore polos versus, utrinque per nonaginta gradus: *longitudo* verò ab occasu in ortum, per integrum circuitum 360 graduum; initio sumpto à primo meridiano, quem constituunt ad fines *Europæ*, in *Cauriis* insulis.

556. Ex latitudine terræ prodeunt quinque terrestres *zonæ*: media, interjacens circulis tropicis, vocatur *torrida*: extremæ duæ intra polares circulis comprehensæ *frigidæ*; totidémque *temperatæ*, inter illas frigidas & illam torridam alterutrinque sitæ.

557. In *æstuosa* (zona) propter perpetuam verticalitatem solis vehementissimi sunt ardores, perpetuúmque æquinoctium: contra in *gelidis* plagis, propter solis collateralitatem continuam vehementissima frigora, subque polo ipso sex mensium dies, totidem noctes: in *temperatis* zonibus est alternatio tempestatum grata, cum successivis incrementis ac decrementis dierum ac noctium.

558. Unde oriuntur *climata*, per interstitium unius semihorii, nam qui longissimum diem habent, horarum duodecim cum dimidia, dicuntur habitare sub *climate primo*; qui 13 horarum, sub *secundo*; & ita consequenter.

559. *Continentes*, maribus à se invicem disterminatæ, quinque recusentur; *Europa*, *Asia*, *Africa*, *America*, *Magellanica*; quarum singulæ continent vastissimas regiones, tùm maritimas, tùm mediterraneas, in meditullio sitas; circà se autem insulas plurimas, dissociatis gentibus & linguis: unde tellurem undique habitari, aliósque aliis esse *antipodes*, jam constat.

560. *Europæi* incolæ sunt; *Hispani* (cum *Lusitanis* ibi conterminis) *Galli*, *Belgæ*, *Angli*, *Scoti*, *Hiberni*, *Dani*, *Suedi*, *Norvegi*, *Lapponésque*: item *Russi* seu *Muscovitæ*, *Lithuani*, *Poloni*, *Bohemi*, *Germani*, *Itali*, *Siculi*, *Dalmatæ*, *Hungari*, *Græci*, *Valachi*, *Thraces*: Asiani sunt, *Turcæ*, *Arabes*, *Armeniani*, *Persæ*, *Indi*, *Chinenses*,

Chinenses, *Scythæ* nunc Tartari: Africani, *Ægyptii*, *Barbari*, *Abyssini*, (albi *Æthiopes*) *Mauri* (atri *Æthiopes*, &c.) Americani, *Mexicani*, *Peruviani*, *Brasilienses*, &c. nudi & investes: Magellanici nobis adhuc incogniti sunt.

561. Celebrati *montes* sunt; in Europa, *Alpes*, *Pyranæi*, *Carpathus*, &c. in Asia, *Taurus*, *Caucasus*; in Africa, *Atlas* & *Lunæ montes*: famosa flumina verò; in Europa, *Danubius*, seu *Ister*, (est enim binominis) *Borysthenes*, &c. in Asia, *Indus*, *Ganges*, *Oby*, &c. in Africa, *Nilus* septem ostiis se in mare exonerans; in America, *Maragnon*, &c.

562. Inclytæ urbes sunt, in Europa, *Constantinoplis*, *Roma*, *Venetiæ*, *Lutetia* (Parisiorum,) *Lisbona*, *Londinum*, *Amsterodamum*, *Pragna*, *Cracovia*, *Mosqua*, &c. in Asia, *Alepo*, *Badget* (cis Euphraten,) *Ormus*, *Goa*, *Cambalu*, *Quinsay*, &c. in Africa, *Alcair*, *Fessa*, *Maroco*, &c. in America, *Mexico*, *Cusco*, *Lima*, &c.

CAP. LVII.

Chronologia cum historia.

563. *Chronologus* supputat, quâ ætate mundi hoc illúdve acciderit, & quantum tempu[illegible] præsens distet ab exortu rerum, vel quapiam alia observabili periodo: ut nè simus nesci[illegible] ubi jam simus, & quid fuer[illegible] gestum ante nos.

564. Communis *Epocha*, u[illegible] de series annorum numerea[illegible] tur, eadem debuit esse omnib[illegible] jure, ab orbe condito: [illegible] quia istud initium fuit [illegible] compertum plerísque, quæ[illegible] bet gens assumsit termin[illegible] alium memorabilem; suppu[illegible] rúntque *Judæi* olim ab exi[illegible] suo ex *Ægypto*, nunc à deso[illegible] tione *Hierosolymæ*; *Græci* [illegible] *Olympiadibus*, (quas *Iphitus* [illegible] stituerat celebrari anno q[illegible] que quinto inclusivè, [illegible] quarto exclusivè,) *Roma*[illegible] condita sua urbe; *Christiani*, [illegible] Christo nato; *Turcæ*, à [illegible] *Mahumedis* (vocant æram [illegible] *giræ*, &c.) denique reges [illegible] spicantur æras suas à cœp[illegible] regnorum suorum.

565. Priscorum ruditas n[illegible] habuit alias Historias, præ[illegible] quas narrabant sibi; aut i[illegible] nuebant posteris erectis q[illegible] búsdam monumentis (ut la[illegible] dum hinc inde depositoru[illegible] vel ligatorum in fune nod[illegible] rum, &c.) res nihilomin[illegible]

tam[illegible]

tamen veniebant in oblivia, aut transformabantur in fabulas: demum postquam literæ increbuerunt, cœperunt res gestas inferre in commentaria, unà cum circumstantiis, nè quid afficitii aut subditicii irreperet.

566. Placétne tibi audire breviarium quoddam chronicorum? memorabo carptim quædam singularia, de præcipuis mutationibus humani generis.

567. Primordia ipsa fuerunt nobis luctuosa, quia *Adam* cum sua *Eva*, facti ad imaginem Dei, & jussi Dominari creaturis, abusi sunt concesso privilegio: *Adæ* verò primigenius (cui nomen fuit *Caino*) frucusentus fratricida occiso *Abele* tradidit se impietati cum tota sua progenie, ejusque imitatione actutum omnes.

568. Indoluit Deus, quod fecisset hominem, immissóque *Cataclysmo* delevit omnes, excepto *Noâ* servato cum suis in arca, A. M. (h. e. anno mundi) 1657. sed priùs eripuit ad se pios, inter quos fuit *Enoch* vivus translatus in cœlum: cæteri primævi fuerunt quidem valdè longævi, nullus tamen attigit annum millesimum.

569. A filiis *Noæ* disseminatæ sunt familiæ gentium: à *Sema* Asiatici, à *Japheto* Europæi, à *Chamo* Africani, & (ut probabile est) Americani; cum cœpisset ædificatio turris *Babel*, centesimo post diluvium: inde enim orta fuit confusio linguarum, & dispersio gentium, rursúmque inchoata recollectio sub regibus, quibus præcelluit *Ninus* Assyrius.

570. Tertio inde seculo, subversa est *Sodoma* & *Gomorrha*, demisso cœlitus igne ob spurcissimas libidines: sed *Loth* miraculo ereptus fuit, uxore respectante, & in statuam salis versa.

571. Quadringentis post annis eduxit *Moses* populum Israeliticum ex Ægypto per mare rubrum, sicco pede, submerso *Pharone*, cum exercitu eos insequentæ, Israelitæ verò pascitabant annis 40 (in deserto) manna; dúmque pugnabant (pro obtinenda terra *Canaan*) ad præces *Josuæ* sol occiduus stetit toto die.

572. Circa *A. M.* 2790. claruit *Samson*, tanta pollentia virium, ut discerperet leonem manu, convellerétque peramplum ædificium uno nixu: cujus

jus tempore *Troja* exciditur, post decennalem obsidionem, ob raptum *Helenæ*: proximo inde seculo *David* regnat, potentissimus regum: cui succedit *Solomon*, sapientissimus mortalium.

572. Circa A. M. 3040. propheta *Elias* claudit & recludit cœlum precibus, rapitúrque curru igneo in cœlum: A. M. 3240. *Ezechias* impetrat tria miranda, primò, ut adjicerentur ei (jamjam moribundo) quindecim anni vitæ: secundò ut sol visibiliter retrogradus fieret; tertiò, ut in exercitu *Senacheribi*, regnum ejus vastantis, trucidarentur 185000. ab angelo unâ nocte.

574. A. M. 3360. *Nabuchodonosor* conversus fuit in belluam, (ob superbiam) ut septennio pererraret montes, pastus gramine; in cujus filio desiit monarchia *Chaldæorum*, transiúrque ad *Persas* sub *Cyro*.

575. A. M. 3492. *Xerxes* educit exercitium contra Græcos, ter & vicies centenorum millium, & vincitur tamen: centesimo autem & quinquegesimo anno post *Alexander* Magnus triumphat de subjugato orbe, juvenis annorum 32. moritúrque repente: (cu[illegible] tempore confectura chartæ [illegible] perta est.)

576. Sub decursum pe[illegible] quarti millenarii, arripi[illegible] *Romani* imperium orbis, ed[illegible] mitis undique regibus terr[illegible] cujus primus monarcha [illegible] *Julius Cæsar*, hinc *Augus*[illegible] sub quo (A. M. 3970. *Chri*[illegible] nascitur.

577. A Ch. (anno Christ[illegible] 324. Imperator *Constanti*[illegible] fit Christianus, ædificatá[illegible] *Constantinopoli* transfert eò [illegible] dem, & constituit imperi[illegible] orientale, occupatum post ([illegible] Ch. 1453.) à Turcis, qui [illegible] *homedem* (natum A. Ch. 57[illegible] sequuntur.

578. Circa A. Ch. 1[illegible] cœpit innotescere vis mag[illegible] tis, quâ se obvertit ad po[illegible] mundi; quod dedit ansam [illegible] bricandi pyxidem nautica[illegible] cujus ope detectum est a[illegible] rum hæmisphærium orbis, [illegible] túsque mundus navigatio[illegible] bus factus pervius: ut gen[illegible] (priùs seclusæ, & ignoratæ [illegible] invicem) jam possint col[illegible] communicationem utilitatu[illegible]

579. Sequuta est (A. C[illegible] 1442.) inventio *Typograph*[illegible] cujus beneficio mundus [illegible] pletur libris, & quicquid se[illegible]

pot[illegible]

poteſt in lucem protrahitur: quæ utraque ars (nautica & typographica) accommodatiſſimum medium ſunt ad diffundendum lumen ſapientiæ, & fundandum inter nationes ſapientiæ commercium; ſi modò gentes ſe invicem non viliſcenderent: & cur? ubique eſt aliquid boni & mali.

CAP. LVIII.

LOGICA.

580. *Logicus* intendit in proceſſum cogitationum, ut non permittat eas evagari, aut ſi ex reducat in viam: neceſſaria ars, ſi ulla! ſi optas videre epitomen ejus, præbe te attentum.

581. Quicquid objicitur meditationi, non enim poſſumus meditari de impercetis) eſt aut *ignotum* (ſcil. quod neſcitur an ſit, vel quid ſit, vel quantum ſit, quale, ubi, &c.) aut *incertum* (nimirum de quo dubitatur, num ſit, vel num ſit id quod eſſe dicitur, aut putatur, vel num tantum, quale, ibi, &c.) aut denique *confuſum*, quum videlicet multa ſimul menti ſe offundunt, atque obruunt.)

582. *Dialecticus* igitur pertentans omnia vel *ſenſu*, ſi res poteſt haberi coram; vel *ratiocinatione*, ſi rei non clarè proſtantis, indicia tamen aliqua adſunt: vel alienis *teſtimoniis*, ſi aliter nequeat: laborat *inveſtigare ignota, & deprehendere veritatem dubiorum, rèdigeritque indigeſta in ordinem.*

583. Quando explorat inexploratum ratione, perquirit ea quæ circa rem ſunt: *cauſæ*, & *effecta*; *ſubjecta & adjuncta*; *conſentanea & diſſentanea*; *ſimilia & diſſimilia*; *diverſa & adverſa*, ſeu *contraria*; ex his demum exſtruens aut accuratam *definitionem*, aut qualemcunq; *deſcriptionem.*

584. Tum progreditur ad *diviſionem* rei, bimembrem, trimembrem, quadrimembrem, &c. prout ſe res dat: (exempli gratiâ, *homo* dividitur bipartitò, in animam & corpus: *corpus* tripartitò, in caput, truncum, artus; *annus* quadripartitò, in ver, æſtatem, autumnum, hyemem, &c.) ut videat omnia particulatim.

585. *Diviſio* verò eſt aut *diſtinctio*, quâ res à re diſtinguitur, (ut homo doctus ab indo-

indocto;) aut *partitio*, quâ totum dividitur in partes, (ut homo in corpus & animam;) aut *distributio*, quâ genus dispescitur in *species* (ut homo in marem & fœminam.)

586. Ex inventis cogitatibus fiunt *theses*, sive *sententiæ*, quibus jam aliquid de aliquo affirmatur aut negatur: in quarum unaquaque tria concurrunt, *subjectum*, *prædicatum*, interveniénsque *copula*; ut, *logica est discenda*: quæ tria si necessariò cohærent, fit *axioma*, effatum indubitatæ certitudinis.

587. Si autem quis dubitat, an *prædicatum de subjecto* (sive terminus *major* de *minore*) rectè affirmetur vel negetur, probat assumto termino medio (ut 1. *logica* est 2. *discenda*, quia 3. *utilis*:) facítque inde *syllogismum per tres propositiones*, è tribus per transpositis terminis constructas: quarum prima, *major*, proponit basin ratiocinii, sic; *utilia sunt discenda*: subsumit minor, *logica est utilis*: conclusio sequitur, ergo *logica est discenda*.

588. Ita ex præmissis & concessis propositionibus duabus infertur tertia, quâ inc[illegible] titudo tollitur: notabis, di[illegible] mulari interdum alteram pr[illegible] missarum, (hoc est, non p[illegible] expressè, subintelligi tantu[illegible] fierique *enthymema*, syllog[illegible] smum defectivum: ut, *logica* [illegible] *utilis*, ergo *discenda*; vel, [illegible] *lia sunt discenda*, ergo & *log*[illegible]

589. Quæstio magnop[illegible] controversa, & disputab[illegible] in utrámque partem, dabit [illegible] sputationem; ubi alius ar[illegible] mentatur pro affirmativa p[illegible] te, alius pro negativa; alt[illegible] solvit alterius argumenta [illegible] objectiones, donec veritas [illegible] tescat: sed captiosus disp[illegible] tor *sophista* dicitur, qui ar[illegible] ratur, hoc est, detortâ argum[illegible] tatione fallaciter illudit.

590. Quando verò in[illegible] posita, indiscreta, confus[illegible] que se oggerentia, discern[illegible] da sunt, (aut disturbata re[illegible] genda in ordinem) est *me*[illegible] *dus*, habens tres summas [illegible] ges: *primam*, ut eatur à no[illegible] ribus ad ignotiora, (hoc e[illegible] toto ad partes, hinc ad pa[illegible] culas; & à generalioribu[illegible] specialiora: *secundum*, u[illegible] mnia hæreant sic, quomod[illegible] invicem fiunt, ut notio [illegible] tionem trahat, (sicut in ca[illegible] annulus ab annulo trahitu[illegible]

tertia

tertiam, ut omnia exprimantur verbis perſpicuis, ambiguitatis nihil habentibus,

591. Secundùm has regulas procedens *logicus*, ſi *ſophiſmata* animadvertit latitare in verbis, declarat voces obſcuras, diſtinguit ambiguas, determinat indeterminatas, limitat indefinitas, reſtringit generales: ſi quid poſſit ſumi largiùs, excipit nominatim, evincitque omnia rationibus, ut conceptus ſint clari: ſic potenter dilucidans tenebroſa, refutans paralogiſmos, digeſtis inordinata.

592. Sed contexere tam perſpectè cogitata propria, eſt *ſyntheſis*; retexere aliena, *analyſis*; conferre alia cum aliis, *ſyncriſis*: quarum inſcientia facit perplexitatem.

CAP. LIX.

Mnemonica.

593. Etiam *memoria* poteſt excoli ad citam impreſſionem, & firmam retentionem, promtámque redditionem eorum, quæ percepta ſunt ſemel.

594. Poſtquam enim deprehenſum eſt experimentis, illam concatenare notiones, & recognoſcere per veſtigia, invenerunt *mnemonici* machinamenta, diſpoſitas per loca certa imagines certas, quarum intuitu ſit, cum imaginatio fortiſſima (etiam per tenebras & abſentiam) tum retinentia prævalida, tum reiteratione earundem reminiſcentia ad miraculum velox.

595. Sed hæc localis *memoria* creditur debilitare judicium; præcipuum bonum hominis; & facere ex homine pittacum, recitatorem alienorum: tutior ergò fuerit cultura memoriæ per attentam intuitionem, & penſiculatam dijudicationem, crebrámque iterationem, rerum ipſarum, in proprio loco & propriâ formâ: nempè immorando rebus, & praxi rerum, quantum opus.

CAP. LX.

Prognoſtica.

596. Deſiderium præſciſcendi futura (innatum menti humanæ) adinvenit *artes divinationes*, non ſine admiſtione vanitatis.

597. *Phyſiognomon* enim conjectat futuros hominis eventus, è lineamentis corporis (ſpeciatim *chiromantes*, è lineamentis manuum; *metoposcopus* è lineamentis frontis; *oneiromantes* ex inſomniis,

598. *Astrologus* inquirens influxum astrorum in sublunaria, erigit ad quodvis datum tempus *schema* cœli; è quo considerans aspectus planetarum, tunc futuros, prædivinat constitutionem tempestatis, fertilitatem annonæ, & similia contingentia: quin & è positura siderum (constellationem vocant) sub *horam nativitatis*, conscribit prognosticon de nati vita & morte, sanitate & morbis, temperamento & moribus, fortuna & infortunio. *Vide Tab.* 12.

599. *Auguria* paganorum antiquata jam sunt, ubi *augur* vaticinabatur ex avium garritu, aut volatu: & *aruspicina*, ubi *aruspex* ab inspecta ara: & *extispicium*, ubi *extispex* dispectis extis sacrificiorum: & *sortilegium*, ubi *sortilegus* ex projectis sortibus, vaticinabatur: & quæ plures ejusmodi illicitæ hariolationes fuerunt.

600. *Infamis magia* etiam interdicta est: ubi *magus* cum malis geniis colludens; & *necromantia*, ubi *necromantes*, diabolum sub alicujus demortui personâ evocans, & adjurans arcana scitatur: sed neutriquam opus est sapienti viro tam periculosâ curiositate; quia experientiâ rerum edoctus præscire potest multos effectus in suis causis; unde illud scitulum; *Omnis bonus philosophus (medicus, jureconsultus, theologus) vaticinator.*

CAP. LXI.

ETHICA.

601. Præcellentissima pars philosophiæ *ethica* est; informans hominem de moderamine suiipsius: quomodo quis vivere & mori imperturbato animo, sanus corpore, lætus conscientiâ, nec sibi gravis nec aliis, & sine omni damnosa indigentia (sub favore Numinis.)

602. Vis hoc etiam scire compendio dicam: *sapientia, virtus, innocentia*, sunt quæ hominem tranquillant & lætificant, amabilémque & laudabilem reddunt; *stultitia* contra, *vitium, noxa*, perturbant meritóque odibilem & vituperabilem faciunt.

603. At verò virtutum studium non intruditur nobis nudis præceptionibus; nec vitiorum odium nudis interdictionibus, laudationibus vituperiis; imò nè quidem præmiis & pœnis: oportet

nitùs perspectum habere, quàm in nobis virtus perficiat imaginem Dei, quàm vitium destruat.

604. *Virtus* consistit in mediocritate, vitium in excessu vel defectu: nam excedere decorum, aut ab illo deficere, est utique transgredi, licet transgressionum gradus sint.

605. Nempe si quis improbè agit incogitantiâ, est delictum; si cogitatè *facinus*; si studiò, *nequitia*; si enormiter, *scelus*, (*flagitium*;) si malitiosè, ut alicui ægre fiat, *perversitas*: perversum autem non pudet malitiæ: & qui non resistit consuetudini sensim obrepenti, inemendabilis fiet, séquè ipsum perdet, & nomini inuret indelibilem maculam.

606. Tu si vis regere te aptè, habes necesse præcognoscere 1. *fabricam* naturalium inclinationum, ut non ignores quò te illæ rapiant, & quomodo illis obsequendum & aut resistendum sit, ne extra limites abeant; 2. *objecta*, in quæ tuæ propensiones ferunt: quæ sunt, tu ipse, proximus, Deus; 3. *invitamenta* & *irritamenta*, quæ huc & illuc trahunt.

607. Summa summarum erit, ut sis *prudens* in omnibus, quæ unquam occipis; erga te ipsum seorsum *cautus*, erga proximum *æquus*; erga Deum *reverens*: tandem in bono *integer*, *sincerus* & *constans*.

CAP. LXII.

PRUDENTIA.

608. *Prudentia* est in eo, ut nihil unquam cogites aut loquaris, ut agas, incassum, aut incertum, omnia circumspectè: æstimando quamlibet rem ex sua dignitate (magnam magni, vilem vili) bonáque sic prosequendo ut assequaris, mala sic fugiendo ut effugias.

609. Hoc si vis, *prospice ubique finem, despice media, attende occasioni*, nè elabatur; hoc est, expende 1. aliquid optandum aut inceptandum sit? 2. num sic an secùs aggrediendum? 3. & quid impedimenti obvenire possit, ni præveniatur.

610. *Finis* semper sit aliquid verè *honestum* & *utile*: simulque (si fieri potest) *jucundum*; quod te adeptum esse pœnitere non potest; perni-

cioſis ergo ſemper abſtine, ſupervacaneis ſemper ſupersede, atque ſi datur optio inter plura, præfer bono melius, meliori optimum.

611. *Media* proviſe, quantum potes; 1. *certa* & *infallibilia*; 2. *facilia uſurpatu* (difficile habetur pro impoſſibili: 3. pauciora potiùs quam plura; necubi ſe mutuò impediant.

612. Poſtquam verò præſtitueris *finem*, & denotaveris *media*, nè hæc fruſtra ſint, præcogita etiam *modus* utendi rectè mediis: ubi ſi quid impedimenti præcognoſcis, antevені tempeſtivè; tum auſpicare celeriter, perge cautim, abſolvereque matura ſtrenuè; nè te vel ab initio præcipites (præpropere agendo) vel rémoreris in curſu, vel deſiſtas ante adeptionem finis.

613. Sic ubique agere ſi nôris, eris *providus*: tametſi (ob lubricitatem rerum) quandóque nos circumſpectio noſtra fruſtretur, non tamen ſemper poterit: ut illos *vecordes*, qui appetunt illicita; & *deliros*, qui ſuſcipiunt impoſſibilia; & *inconſideratos*, qui occaſiones agendi negligunt; & *ſtolidos*, qui acceptant multa, perficiunt nihil.

614. Sed loquamur de virtutibus partitò, ut videas diſjunctim, quid debeas *tibi*, *proximo*, *Deo*.

CAP. LXIII.
SEDULITAS.

615. Tibi ipſe debes *obſervationem*, hoc eſt, cautum aſſiduúmque ſtudium pro converſatione tui; quod poſitum eſt in moderatione *laborum*, *cupiditatum*, *adverſitatum*.

616. *Laborum*: nè hos defugiendo dedas te ignaviæ, vitámque ſic inſtituas, quomodo nec tibi ſit uſui, nec aliis: aut rurſum nimietate laborum frangas vires, téque corrumpas, vel etiam occidas.

617. Fuge utrumque hoc extremum; magis tamen pigritiam & torporem, quia proclivius eſt peccare in hanc partem: *laborioſus eſſe incipe maturè, & deſine ſerò, omnia ſalva erunt*.

618. Dum alii ſuarum rerum ſatagunt, tu tibi deeſſe noli; nullos honeſtos labores detrecta, aut ſubterfuge, ſed cum alacritate labi, orſóſque urge ſeduló & conſtanter (citra tergiverſationem

& dilationem) donec ita defungaris.

619. Ignavis sunt feriæ semper, (ut proverbio aiunt) etiam profestis diebus, tu contra, esto etiam in otio negotiosus; hoc est, dum vacas recreationi, (permittitur enim interquiescere lasso, at non segnescere:) nè torpeas, sed lassus vireculas vividè recolligas.

CAP. LXIV.

TEMPERANTIA.

620. *Philautia* est ingenerata nobis, & operatio eorum quæ nos hilarant: sed oportet temperare sibi ab illecebris, quæ illectare solent nostras *concupiscentias*, ut intricemur rebus impertinentibus ad veram beatitudinem, & dementemur fucosis bonis, agentésque ea primariò, quæ erant agenda secundariò, vita non utamur, sed fruamur; imò nè fruamur quidem, sed inquietemur.

621. Istud fit, quando immoderatè obsecundantes cupiditati *voluptatum*, vel *opum*, vel *honorum*, vel *scientiæ*; delabimur in tetra vitia, *helluntiam*, *lasciviam*, *avaritiam*, *ambitionem*, *curiositatem*.

622. Tu esto *temperans & sobrius*, abstine à superflua alimonia: cùm esuris, ede; cùm sitis, bibe, quantum satis: cu studiosè, & quicunque agis vitam sedentariam, esto contentus prandio & cœnâ, relinque jentaculum & merendam operariis: quia corpus nimiâ saturitate pigrescit, animus verò ad obeunda munia fit inhabilis.

623. Vide enim voraces & bibaces *epulones & gluttones*, quam vorando sua absumunt! & gulosos *turcones*, quàm se vel quotidie potando ingurgitant, insaturabiléque pantices effarciunt! *inebriati* verò brutè bacchantur, vociferantur conserunt manus, titubant, lapsant, sœreant, sputant, & (cum bona venia) meiunt, visunt, pedunt, vomunt, & tantum non resorbent quæ evomuerunt, belluli homunculi!

624. Quid præterea? ut mens est perspicax *abstemiis*, sic amentia hebetat & furiat *potos*, (temulenti enim sunt turbulenti; vinolenti, violenti:) tum crapula hesterna molestat postridie ebriosos; febriosos verò tremor, vertigo, arthritis, & alii dolorifici morbi, divexant,

nant & eruciabiliter è vita exturbant: ecce suavitudines voluptuantium!

625. Quid autem *libidinosa incontinentia*? habet perditionem eandem, sed turpitudinem majorem: *lascivire* enim *belluinum* est (quanquam belluæ non coëunt, nisi prolis causâ:) quàm pudenda igitur fœditas, quòd *adulter* alienum polluit torum, *scortator* suum; *concubinus* pellicem alit, *ganeo* per lupanaria, grassatur, *meretrix* pudicitiam prostituit, *leno* & *lena* alios seducunt & inquinant: vah propudia! omnes detestabiles & execrandi.

626. Cæterùm non solùm *adulteria* (aut *incestus*, *stupra*, *scortationes illegitimi contubitus*;) sed & omnis *venereæ salacitas*, *indecoræ basiationes*, *amatoriæ cantilenæ*, *inverecundæ collocutiones*, imo *obscœnæ cogitationes*, impudicitia sunt, fœdántque animum.

627. Tu sis *casus*, *pudicus*, *impollutus*; absit procacitas in gestibus, *obscœnitas* in dictis, *petulantia* in factis: & nè te ulla spurcities contaminet, tua castitas exspectet matrimonialem vitam; nè insanias, dépereundo fœminas efficiam.

628. Immodica *cupido habendi* gignit *avaritiam*, inexplebile malum: quia avarus nunquam saturatur opibus (dum præmetuit necessaria sibi defore, annititúrque per fas & nefas diteſcere;) quámvis possideat marsupia conferta pecuniis, & cistas vestimentis, fœniíque cimeliis, & omnifaria supellectile, egestatem nihilominus timet, adeóque experitur in copia inopiam; tandem ramen malè parta malè dilabuntur, per hæredes prodigos.

629. Tu esto *frugalis*, ut æque fugias *tenacitatem atque prodigalitatem*: opes nec appete immoderatè, aut coacervanxiè, nec sperne insipienter, nec prodige, sed comparce; & quidquid accipis & expendis, refer in codicem acceptorum: affatim divitiarum erit, si nòn egeas, parsimoniaque ipsa tibi thesaurus erit.

630. *Cupiditas eminendi* instigat homines in *ambitionem*, *elationem*, *fastum*, *jactantiam*: ut sibi arrogando nimia, aut superbiant tacitè, aut se & sua jactent, ostentent, immodicè tollant, propalam; ambiántque honores & dignitates impotenter,

tenter, & affectent præconia vulgi insolenter, quandóque etiam ridiculè, vani gloriatores.

631. Te commendet *moderatio*: habe bona tua tibi, citra ostentationem; utque sis venerabilis potiùs, quàm ut videaris, cura: si honor te dignus offertur, admitte eum reverenter; aut, si res tuæ non ferunt, recusa moderatè.

632. *Aviditas sciendi* culpabilis tum est, quum *ardelio* resciscere præter modum multa avens, exsatiaríque sciscitationum non valens, immiscet se omnibus, captans remusculos undique, & quærens elicere omnia quæ celantur, affert inquietè aliis & sibi: quin *curiositas* hæc impulit quosdam eò, ut appetitione omniscientiæ pacti sint cum satana (nefarium dictu!)

633. Tu tempera desiderium scientiæ: disce non multa, sed delecta; non futilia, sed utilia, (quædam præstat nescire) quodque tua nihil interest, percontari desine: ita tibi & aliis quies erit.

CAP. LXV.

FORTITUDO.

634. Fuit, quomodo cavendum sit, nè nos res allicientes jucunditate seducant à via virtutum: sequitur, quomodo præstandum sit, nè nos abducant illæ, quæ conterrent difficultatibus, periculis, adversitatibus.

635. Hic opus est *fortitudine animi*: quæ vincat omnia per *æquanimitatem*, *magnanimitatem*, *patientiámque*.

636. *Æquanimus* est, qui ad omnem eventum indifferenter se habet, hoc est, neque se effert rebus prosperis, neque subsidit calamitosis: *magnanimus* non consternatur ad casus repentinos, quibus videt periclitari se & propositum suum, sed quærit viam, aut declinare prudenter, aut si videt inevitabiles, perrumpere intrepidè: patiens, fortiter perfert malum, cui elabi non potuit, nec propterea cedens de tramite recti, occallescit ad omnia.

637. *Pusillanimis* ex adverso intumescit rebus secundis, despondet animum in adversis; percellitur ad inopina, & contremescit, & nescit quò se

se vertat, effœminatè trepidus ad quemvis strepitum: obrutus verò calamitate, intolerabile deputat, implénsq; omnia querimoniis, indecenter plorat, ejulat, lamentatur, ægrimoniâ se emaciat, & sic sua impatientiâ ærumnas sibi conduplicans succumbit.

638. Stultè tamen audaculi, defugientes notam pusillanimitatis, audacter se offerunt ad negotia ardua, quibus impares sunt, fretique temeritate provocant pericula, quæ possent evitari, nec relinquunt aliquid inausum: undè ut fit recedant confusi, vix postea mutire, vel hiscere ausi.

639. Inter *fortem* igitur, *ignavum & temerarium*, quid interest? Ille vocationis suæ munia agit, iste deserit, hic inardescit alienis: ille agit res solicitè, iste secorditer, hic præcipitanter: ille seduló, iste remissè, hic perfunctoriè: ille quietè, iste oscitanter, hic tumultuariè: ille nihil cunctando, iste omnia procrastinando, hic desultoriè negotia pervagando: ille denique nullibi non viget, iste nullibi non friget, hic nullibi non variat; jam restitans, jam resultans, intermissáque resumens.

640. Tu, si (confisus Deo) fueris ad honesta impiger, ad obstacula impavidus (imperterritus,) & ad tristia accidentia infractus, ubique pervicaceris.

CAP. LXVI.

HUMANITAS.

641. Nemo nostrum nascitur sibi uni, necessitas cohabitandi consociat omnes trinâ lege, quâ quisque obligatur 1. *ledere neminem*, 2. *tribuere suum cuique*, 3. *prodesse insuper, cui datur.*

642. Perpetraveris tria hæc, si dederis operam 1. *humanitati*, nè quem offendas, aut contristes: 2. *justitiæ*; nè cui injuriosè facias: 3. *benignitati*, ut afficias beneficiis quem potes.

643. Evitationi offensionum serviet, ut serves erga omnes, *modestiam, affabilitatem, candorem, veracitatem, urbanitatem concordiam, mansuetudinem.*

644. *Modestus* eris, si fueris humilis, non arrogans; verecundus, non procax; comis, non morosus, aut torvus; taci-

turnus

turnus potiùs, quam loquax; severus potiùs, quàm frivolus: nam ingratus est garrulus nugator, qui non veretur facta infecta loqui; & blaterras aniles ineptias blatero; & effutiens arcana sibi concredita futilis locutuleius; & qui solent interloqui importunè; tu ergò, ubi loqui non est necesse, tace; silentii nulla pœnitudo.

645. Magis autem cave, nè quem contemnas, neve cui adversere sine causa, aut convicietis, & inferas contumeliam, vel facessas molestiam, aut calpas cum præsumptione, vel diffames, traducas; seu cavillando præsentem, seu calumniando absentem (calumniæ recidunt in calumniatorem:) parcè lauda, parciùs vitupera.

646. Si quid inaudiviſti, quod abscondi debet, nè divulga, abstrude potiùs quàm obtrude: quod tibi certò non constat, nè affirma aut nega, sedum ut asseveres, aut insicieris: contra, si quid dispiscit rumore, aut alius quis narrat, suadet, dissuadet, adhortatur, vel dehortatur, nè repugna præfractè, aut contende obstinatè: nam æquè diffidentia, atque credulitas, est detrimentosa, omnisque audacia contradicendi exosa.

647. *Affabilis* eris, si cum quolibet bono (nobili & ignobili) conversari non dedigneris: & quemcunque adis, aut præteris, aut obvium habes, amanter salutes; salutantem comiter resalutes; discedentem à te comiteris aliquo usque, compellanti te, vel interroganti aliquid, responsa placidè, annuendo saltem, vel abnuendo: ita omnibus poteris esse amicus, etiamsi non omnibus familiaris.

648. Exhibe te candidum erga quemlibet, quicum tibi versandum est, citra vafritiem & versutiam: nihil mali facilè suspicare, nullius mali alium insimula: si quid amiculus deliquit, citra amarorem mone, corripe, corrige; sis alienus à dolo & suspicione, æquè ut à simulatione: die candidè quod res est, assentationes relinque hypocritis: adulator simulat candorem palpo & offuciis: ore amicus, re fraudulentus insidiator, verè sipellisque veterator.

649. *Veras* ut habearis accura: quod obtinebis mentiendo nunquam, nihil fingendo cuiquam, nihil promitten-

do verbotenus, non jurando facilè: si autem jurâsti juramentum servando; *mendax* enim (& qui dejerat ac pejerat) habet hanc pœnam perjurii, ut tandem amplius non credatur, nec jurato, nec juranti: mendaces verò qui mendacia commiscuntur, detestamur.

650. *Urbanus* ut sis, vide ubique quid te deceat, & dedeceat: compone te ad elegantiam, fuge rusticitatem: inter mœstos mœre, inter hilares hilarescе; inter jocantes etiam exorna dicta & facta tua facetis leporibus, festivisque jocis: (*tetricus* est, qui nec ipse potest proferre liberales jocos, nec ferre jocationes aliorum.)

651. Cavebis tamen esse protervè *dicax*, & lacessere alios scommatibus & dicteriis; & arridere ineptè omnibus, vel cachinnari inficetè, morionum ritu; sed subridendo & renidendo blandulè contestaberis civilitatem: *derisor* deridet alios stolidè; *scurra* scurratur sordidè: Tannio, quem contemnim habet, ei exhibet despicien-

tiam & ludibria, distortis labris, vel exsertâ linguâ aut digitis in ciconiam formatis; aut nudatione natium aliisque generibus fannarum.

652. *Concors* ut dicaris vivere tranquillè cum convictoribus, contubernalibus, concivibus, conterraneis; æmulare neminem successus fortunatos, potius congratare: nè innas invetterascere subortas simultates, ne transeant in odium & inimicitias: rixosorum est, contendere, altercari, vivere in jurgiis discordia; querulorum, quiritari, & semper de aliquo conqueri.

653. *Mansuetus* fueris, si non sis irritabilis, nec inexorabilis, non effervescens in iram, sed eam cohibens; non retalians injurias, sed sufferens. Læsit te quis? utere continentiâ, & pudefacias illum si pœnitet fecisse, da veniam, ignosce & condona culpam; si offendisti ipse, si pudeat agnoscere offensam offensum verò affari & deprecari, non simulatè, sed animo: ita tibi devinxeris omnes oppidò.

654. At *iracundus*, & impos, excandescens illico, fremes

fremens, furens, militans, maledicens, imprecans diras, criminantem recriminans, verberantem reverberans, quid proficit? perturbat res magis, & exasperat alios ad bestialem sævitiam, quæ vix reprimi possit, ut homicidia ostendunt: sed apage furias ejusmodi.

655. Generosus animus est compos sui, tametsi indignatur indignè factis, & obloquitur malevolis, non tamen stomachatur; infensus est alicui, sed non infestos: mavult esse mitis, quàm trux; benignus, quàm dirus; pacare omnes, irritare neminem; atque ita concordare cum omnibus, discordare adversus neminem.

CAP. LXVII.

JUSTITIA.

656. Sociatæ actiones hominum consistunt potissimùm in *commutandis rebus*; & *distribuendis inter personas officiis, præmiis & pœnis*: utrobique directrix est *justitia commutativa & distributiva*, observatrix competentiæ (seu congruentiæ) *inter rem & rem, personam & personam*.

657. *Justus* igitur non vendicat sibi quod alterius est, nec usurpat insciente illo: quod habet apud se depositum, reddit fideliter, non abnegat; multò minùs abjurat; fraudare enim est æquè scelestum ac furari.

658. Quod commodato accepit, idem redhibet, non aliud; & quidem, quoad fieri potest, citra damnum: pro eo verò quod est mutuatitium (mutuò datum) restituit quidem aliud, paris tamen æstimii.

659. Si quis à te mutuatur, ei mutua; maximè si stipulanti adstipulatus es: postula tamen chirographum, aut pignus, vel hypothecam, aut aliam cautionem: quia opus est cautelâ ob mortalitatem, & lubricam fidem hominum.

660. Cùm debitum exsolvitur, expunge nomen debitoris, tradéque illi apocham, qua testeris esse tibi solutum, & te accepisse soltionem; aut trade acceptilationem, qua testificeris tibi esse satisfactum, quocunque inter vos convento modo.

661. Injurius est sibi ipsi, qui se obruit alieno ære, ut tandem cogatur cedere bona sua creditori: aliis verò (in-

juriosus est) qui exigit (fœneratoris more) illicita fœnora supra sortem; sed qui pauperat debitorem anatocismis (id est, usurâ ex usura,) nequissimus usurarius est.

662. Breviter; age justè, appete nihil alieni, sta firmiter tuis promissis & pactis (sive ultrò quidpiam condixisti, aut transegesti cum quopiam, sive exoratus, & quibuscunque conditionibus, aut exceptionibus;) neque da ansam cuiquam expostulandi tecum.

663. Jam in dispensandis bonis serva itidem æqualitatem; collauda, commenda, promove, laudabiliter agentes; reprehende, objurga, floccipende illaudabiles; miseresce delinquentium inscienter, aut præter voluntatem, imputáque errores imperitiæ, nec exproba rigidè, aut impropera: sed facinorosis suâ sponte succense, eos verò qui peccant alieno instinctu, vel impulsu, non excusa omnino.

664. Pro impetrando beneficio, nè pigeat petere obnixè, aut etiam supplicare submissè; (superbus enim mendicus nihil emendicat; importunus flagitator est odiosus, nihil obtinet:) si petitum justa de causa negatur, nè obtunde, nè admurmura, nè maledic.

665. Si adsunt *competitores beneficii*, da digniori majus, indigniori minus: pro beneficiis, in te collatis abs quovis, declara gratitudinem, quod fiet, benefactum agnoscendo, de prædicando, pensando, redhostiendo; aut saltem agendo gratias, si non licet referre: munera enim re munerari, & esse munera sæpenumero haud licet.

666. Quòd si quis tibi aliquid largiatur non rogatus, haud respue pertinaciter, ne videaris aspernari, tibíque ingratitudo objectetur.

CAP. LXVIII.

BENIGNITAS.

667. Non satis est virum frugi, *obesse* nomini: quæris *prodesse* cuicui potest, præstatione gratuitorum officiorum.

668. Quare tu, si quis indiget consilio, consule; si solatio, solare; si subsidio, subveni; si opes, opitulare; si patrocinio, patrocinare: suggere aliquid nescienti, si tibi succurrit: eum qui te opperitur, nè morator; & cuicunque potes gratificari ullâ re, ne grava-

gravator; sic demereberis gratiam: inofficiosi est velle rogari, aut expectari.

669. Dives es? esto igitur erga amicos *munificus*, strenis & donariis; erga peregrinos *hospitalis*; erga pauperes *liberalis*; (etiamsi pecuniosus non sis, imperti tamen etiam de modico; si non largiter, at liberaliter:) erga miseros, sis *misericors*, non irridendo infortunium eorum, sed commiserando; & sic non addendo afflictionem afflictis, sed adimendo.

670. Si præterea fueris obsequiosus erga superiores, officiosus erga pares; lenis & placidus erga inferiores; parabis tibi amicitias veras, nec eris contemtui aliis, ut solent fastuosi, tumidi, parasiti; quin & osores ipsos tibi conciliabis.

CAP. LXI.

PIETAS.

671. Super omnia verò obversetur tibi ubique Ille, qui super omnia est, & à cujus solius gratia tibi, & rebus tuis, benedictio, ab indignatione verò maledictio & interitus, venire possunt: hunc tu unicè reverere, summè deama, perpetuò invoca, in ejus conspectu nunquam & nusquam pecca, omnia tua illi fidenter crede: næ ille te pulchrè beabit.

CAP. LXX.

CONSTANTIA.

672. Licèt nostra integritas imperfecta sit, tu tamen ut tibi compares habitum omnimodæ probitatis, coadde coronidem, constantiam, cum virtutum plenitudine & sinceritate.

673. Plenitudo requirit, ut velis nullam virtutem tibi abesse, quæ te possit honestare & integrare, ullo statu aut gradu ætatis vel conditionis tuæ: *ut nimirum ornet te adolescentem modestia, taciturnitas, auscultatio, agilitas, mundities; juvenem verecundia, castitas, impigritas, obsequentia, fidelitas; virum, operositas, & prudentia; senem, gravitas, sapientia, mortis prospectatio & despectatio.*

674. *Sinceritas* vult, ut nihil agas affectatè, simulatè, apparenter, dicis causâ; omnia sincerè, ex vero, & bona fide; ut etiam incustoditus inconaminatus sis, & inculpatus; id quod ut fiat, & tu sis proximior consummationi, esto conscientiosus, quicquid vi-

des

des fieri oportere, (etiam minimam) cave unquam sciens volens prætermittas.

675. *Constantia* deposcit, ut in tam excellenti proposito persistas immotè, etiam si quis tentet labefactare te; paratior mori, quam spurcari, & amittere decus tuum: si quis tamen meliora ostendat, noli esse pervicax; satius est regredi, quàm malè progredi.

676. Vides, quàm penes te sit, *felicem esse*, si sic perseveres? præfestina igitur asserere te Deo, & tibi! ut sis in potestate tua, nec volvaris aut rapteris alieno prolubio; utque tibi bene conscius in omnibus, permaneas illæsus & indemnis, exultèsque continenter.

CAP. LXXI.

Artes sermonis: primùmque lexicon, & grammatica.

677. Hucusque spectata possunt peragi filendo: quia verò facti sumus ad socialitatem, & opus est sermocinari, artes quoque sermocinatrices (appendicula philosophiæ) conjuntur *lexica & grammatica, rhetorica & oratoria: poesis & musica.*

678. *Lexica* sunt repertoria vocum: quorum exor videtur esse à *vocabularia*, ubi vocabula congeruntur quovis modo: hinc ventum ad plenior *dictionaria*; ubi digeruntur alphabetico ordine; continuo, ad celerem inventionem, *promptuarium* dices; reducendo compositas voc ad simplices, & derivatas primitivas, cum eruta origine, *lexicon* vocabis: quantò fabrius erit, quantò plenior collectio vocabulor ibi fuerit, ut reperias quicq quæris; & amussitatior collocatio, ut suo loco reperia & dilucidior explicatio, legenti ultrò dilucescant.

679. *Grammaticus* comm ditatur quomodo rectè fiant literis syllabæ, è syllabis voc è conjunctis vocibus p & sententiæ, & ex his perio sermonisque contextus; ne mittantur *barbarismi aut* solœcismi juxta *idiotismos* cujusque linguæ, *analogiámque anomaliam* (quippe quædam mantur regulariter, alia irregulariter:) habes grammaticæ epitomen; systema stat loco.

CA

CAP. LXXII.

Rhetorica & Oratoria.

680. Ut sermo sit non tantùm intelligibilis, sed etiam suaviter delectabilis, & acutè penetrabilis, *rhetor* colorat verba *tropis*, sententias *figuris*, pronunciationem *gestibus*.

681. *Tropus* est, cùm vox transfertur à nativa significatione ad significandum rem aliam, similem aut contrariam, aut saltem diversam.

682. Cùm enim *stupidum* voco *stipitem* vel *asinum*, est *metaphora*; quâ res similis appellatur nomine rei similis: *bonus vir*, pro *nequam*, est *Ironia*: quâ res nomine rei contrariæ jocularitèr insignitur: *homo est lutum*, est *metonymia*: quâ causa ponitur pro effecto, & vice versâ: *homo est mortalis, synecdoche*; quâ pars pro toto sumitur & contrà.

683. Accedunt tropis, *allegoria, hyperbole, miosis*: simpliciori ornationi verborum, *epitheta, exitheta, synonima, periphrasis*.

684. *Mali corvi malum ovum* (id est, improbi patris, improbus filius) est *allegoria*; quâ semel positus tropus continuatur: *homo homini Deus*, est *hyperbole*, quâ res ultra verum extollitur: *homo est lutum, miosis*, quâ res infra verum extenuatur ac minuitur.

685. *Eloquens orator, eloquitur potenter*; epitheta sunt, quæ nominibus & verbis ornatûs causâ adjiciuntur, *non loquitur sed fulminat, non commovit sed dejecit*; sunt antitheta, quibus plus quiddam dicere videmur, quàm dicimus: *sollicitat, suadet, persuadet, captivat, perducit quo vult*; sunt synonima, ideò adhibita ut velut iterato ictu idem adigatur fortiùs, & hæreat firmiùs: *Romanæ eloquentiæ parens* (pro Cicero;) est periphrasis, quâ rem non nominamus, sed circumloquimur.

686. Cùm autem mutandi modum efferendi sententias, à simplici in elegantem, cognominant *figuram*; sive quidem variando totam sententiam, *emphaseos causâ*; sive collocando ejus partes quasdam lepidè inter se suavitatis ergò; ibi dicuntur *figuræ sententiæ*; hic, *figuræ dictionis*.

687. Figuræ sententiæ sunt octo præstantiores; 1. *O tempora, O mores!* est exclamatio, qua sermo interdùm exclamando. 2. *Sicine fieri oportuit?* est interrogatio, qua auditorem

ditorem interrogando ad attentionem concitamus. 3. *Sed de his tacebo*; est reticentia, qua sermo redditur aculeatior ipsa abruptione. 4. *Tacebo? imo loquar*; est correctio, qua revoco quiddam jam dictum, ut dicendum excipiatur attentius. 5. *Dicat aliquis*, &c. *sed regero*; est præoccupatio, qua auditoris compellatio præoccupatur. 6. *Sit inops, sit humili ortu, at est probus*; est concessio, qua conceditur, quod oggeri posset, ut auditor concedere cogatur aliud. 7. *Audite cœli, vos mihi erit is testes*, est apostrophe (aversio,) qua sermo ab auditoribus alioversum convertitur. 8. *Non in hoc luceo ego Sol, ut vos somnoleuti altùm stertatis*; est prosopopœia, personæ loquentis fictio: omnia hæc ad excitendam intentionem.

688. Inter figuras dictionis antecellunt totidem. 1. *Vicimus, vicimus*; est epizeuxis, iteratio continua. 2. *Nobis id cedit solatio, nobis honori, nobis utilitati*; est anaphora, repetitio in principio sententiarum. 3. *Ibimus, pugnabimus, triumphabimus*, epistrophe ejusdem soni in fine geminati. 4. *Multa promittis, præstes tenebris multa*; epanalepsis est, congeminatio in principio & fine. 5. *Causa hoc addat nobis animum, animus industriam, industria virtutem*; climax est, connexio pluribus gradata. 6. *Non vivo ut edam, sed edo ut vivam*; est epanodos, inversa conduplicatio. 7. *Qua nocent, docent*; paranomasia, allusio soni ad sonum, & rei ad rem. 8. *Nemorem facit immemorem, qui memorat quod ille meminit*; polyptoton, repetitio ejusdem vocis, variato casu.

689. Sunt & accessoria ornamenta sermonis, *gnoma, adagia, apophthegmata, parabolæ, apologi, comparationes, & exempla*: è quibus omnibus versus sermo, si res enunciatur *purè & emendatè*; *floridè* si tropicè & figuratè; *nervosè* si strictim ac sententiosè.

690. Observa & diversitatem stili, qui brevis & argutus dicitur *Laconicus*; copiosus & diffusus, *Asiaticus*; rebus & quisitè attemperatus, *Atticus* charac-

character styli itidem triplex est: *humilis*, in efferendis rebus quotidianis; *sublimis*, seu grandis, in rebus arduis; & *mediocris*, in mediocribus.

691. Hinc *orator* pertractaturus aliquod thema oratorie, reducit illud primo ad certum statum, quem facit triplicem; *demonstrativum*, quo sunt rerum laudationes & vituperationes; *deliberativum*, quo suasiones & dissuasiones; & *judicialem*, quo absolvuntur accusationes & defensiones.

692. Ubique autem facit sibi ingressum, accommodo *exordio*, quo captat benevolentiam, attentionem, docilitatem; tum devenit ad *propositionem*; quam confirmat probantibus argumentis, illustrat explicantibus, dilatat amplificantibus, premitque adversariorum consectariis; tandemque perorat apposito *epilogo*.

693. *Gestus* perornantes elocutionem, sunt in *vultu, voce, motuque corporis*: vultum refert, prout res exigit, subtristem aut erectum, hilarem aut tristem, frontemque caperatam aut exporrectam; *vocem* adhibet flebilem & interruptam in concitanda miseratione; acutam & inciratam in ira: lætam & blandam in gaudio: *motu* utitur ad obtestandum, complicatione manuum; ad lætæ, decentis complosione earundem; ad indignæ, diplosione pedis.

694. Cui oratio bene fluit, dicitur *disertus*; qui jucunde effatur, *facundus*; qui scit eloqui res poscentes, *eloquens*, sive illi eloquentia veniat ex tempore, sive præmeditate: maxime tamen, si promptus fuerit usque ad extemporalitatem: abusus oratoriæ facit *rabulam*.

CAP. LXXIII.

Poesis & Musica.

695. *Poeta* adhibet artificia eadem stylo ligato; hoc est, adstricto ad leges *rythmi*, aut *metri*.

696. *Rhythmus* est rudimentum poeseos: ubi spectatur tantum numerus syllabarum cum simili cadentia ultimæ; ut,

Vos edatis
Horis statis;
Si non dente,
Saltem mente.

697. *Metrum* est, ubi omnes

syllabæ numerantur, mensurantur, ponderantur, certo numero & genere pedum poeticorum; nam pedes fiunt è syllabis: ut, ex duabus longis *spondæus* (cōnstāns;) *iambus* è brevi & longa, (bŏnĭ;) *trochæus*, è longa & brevi, (sēmpĕr;) *dactylus*, è longa una & duabus brevibus: ut (flĕctĕrĕ.)

698. E pedibus fiunt *versus*, è versibus *carmina* seu *poemata*; quorum genera (à diversa dimensione pedum) aliàs discès: ab argumento verò vocantur; nuptiale carmen, *epithalamium*; funerale, *epicedium*; sepulchrale, *epitaphium*; paratum abiturientibus, *propempticum*; festiviter joculare, *epigrammata*; acriter invectivum, *satyra*, &c.

699. Arguti poetæ habentur in tanta æstimatione, ut soleant coronari à regibus laureâ, & decorari titulo laureati poetæ.

700. At musicus addit carmini *modulationem*, ut possit (pro auribus magis oblectandis) non tantum recitari, sed & cantitari: sive voce affa, sive admodulando tibiæ, vel cytharæ; & sive simplici modulatu & sonore uno, quod est *unisonia*, sive commodulatione plurium (per suavem consonantiam) quod est *symphonia*.

701. Ubi voces quatuor consonant harmonicè: supremam vocant *altum*; mediam, *tenorem*; imam, *bassum*: secantandum voce puerili, (antequam hirquitalliant, seu gallulascant) *discantum*: consonant autem suaviter tertia, quinta, octava: aliàs faciunt dissonantiam absonam.

702. Ergò ad evitandam discrepantiam, dùm quisque *concinentium* cantat suam vocem, (depictam notis figurarum musicarum) unus præmonstrat modulum percussione manus: undè reliqui accipiunt mensuram *cantûs* & *pausæ*.

CAP. LXXIV.

MEDICINA.

703. Aspeximus *philosophiam*, cum suis partibus & corollariis; MEDICINÆ sequitur, quam academiæ excolunt ideò; ut nè desint, qui queant præservare humanum genus à corporeis morbis.

704. Hi exercentur in noscendo subjecto valetudinis, humano corpore, per *anato-*

miam

mica; & remediis, per *botanicen* & *chymiam*; & in modo applicandi ea per visitationes ægrorum: præsertim ubi est valetudinarium, ad quod congregantur undelibet affecti sonticis morbis, (sive sanabilibus sive insanabilibus) curandi collectivo consilio medicorum.

705. Olim profitebantur medicinam *empirici*: deinde methodici, respicientes ad indicationes morborum, posthabitis experimentis: successerunt *dogmatici*, conjungentes rationes experientiæ, qui se vocant *Galenicos*.

706. Hodie inclaruit medicina *spagirica*, sive *Hermetica*: admirabilis præparatione ac subtilitate medicamentorum, sed simul formidabilis ob summum discrimen, si tractetur incautè; hi desudant summopere inemolienda catholica medicina, præsentanea adversus omnes morbosos affectus; quam ponunt in *quinta essentia*, purificata ab omni elementali crassamento, (praxin medicinæ videbis infra, c. LXXXVI.)

CAP. LXXV.

JURISPRUDENTIA.

707. *Jurisprudentia* datur opera, ut non desint qui sciant præstare humanam societatem salvam à diffidiis: per notitiam, 1. *vinculorum*, quibus consortio illa continetur; 2. *Casuum*, quibus labefactatur: 3. *remediorum* quibus restituitur.

708. Vincula sunt JURA, triplicia, *personarum*, *rerum*, *actionum*.

709. *Jus personarum* est potestas personæ in personam, cujus via una præst, dicitúrque *sui juris*; altera subest, eóque est *juris alieni*: ergò hùc spectat, *maritalis* potestas super *uxorem*; patria super liberos; tutoria super impuberes pupillos: curatoria, super puberes; *potestásque magistratus* super subditos.

710. *Jus rerum* est, quâ persona quæpiam habet potestatem in quampiam rem; estque vel *dominium*, quum res tenetur à proprietario; vel *possessio*, cùm tenetur ab usu fructuario; vel *servitus*, cùm est in manu ministratoria.

711. *Jus actionum*, est factum quoddam obligans eum, qui admisit illud; sive sit *conventio*, quâ duo (vel plures) consentiunt in aliquid dan-

dum vel faciendum; seque obligant ad præstandum, (utl fit in *stipulatione*, *pollicitatione*, & quocunque *pacto* aut *contractu*; sive *delictum*, quo admisso oritur jus pœnæ inferendæ, &c.

712. *Casus*, à quibus venit dissolutio, vel labefactatio humanæ societatis, sunt; aut *invasio* alieni juris, aut *desertio* proprii; aut *violatio* contractuum (quorum summa est, *do ut des*; *facio ut facias*; vel, *do ut facias*, *facio ut des*:) ex illo enim trino casu origo omnium litium.

713. Remedium est, ut restituatur unum quodque in suum locum, secundùm præscriptum *juris*: quod est vel naturale, vel gentium, vel municipale, collectum è propriis consuetudinibus & statutis alicujus loci.

714. Ergò dùm aliqui controversantur inter se, de suo jure, ejusque sensu, itur ad Jureconsultum, aut ad collegium jureconsultorum in academiam; qui explanent dubitatem legali responso.

715. Et quia illorum responsa constant magnam partem allegationibus authoritatum, disce usitatas abbreviaturas vocum: *Jct.* Jureconsulti: *Instit.* institutionibus: V. vetus digestum N. novum digestum: C. codex A. authentica: D. digestione: c. capitulo: §. paragrapho L. lege, &c. (*Praxin* juris videbis cap. LXXXVI.)

CAP. LXXVI.

THEOLOGIA.

716. Studium rerum divinarum, *Theologia*, colitur ut non desint qui consulant securitati animarum, in iis quæ spectant ad æternam salutem.

717. Tota fundatur super revelationes Dei: quarum nihil ignorare, universalem sensum tenere catholicè, & posse vindicare, quæ inde torquentur hæreticè, theologici est exactio.

718. Absoluè dividitur theologia in *positivam*, quæ consistit in dilucidatione scripturarum per scripturas: & in *catecheticam*, quæ habet accommodationem effatorum Dei ad captum simplicium: & in *didacticam*, quæ occupata est in reductione singulorum ad corpus doctrinæ; & *polemicam*,

pietatem, quæ habet resolutionem scripturarum in questiones, de quibus dimicetur; & *propheticam*, quæ quærit modum proferendi populo verba Dei divinè: & *casualem*, quæ instituit solvere casus conscientiarum; & *cabalisticam*, captantem mysticos sensus ex apicibus scripturarum (Reliqua vide cap. XCIV. &c.)

719. *Signatura* veri *philosophi* est, contemplatio jugis, penetratio in causas rerum, & non disceptare, sed demonstrare: *medici*, temperantia, vivacitas, vigor; *jurisconsulti*, tenacitas æquitatis, placiditas morum, concordia cum omnibus: *theologi*, pietas, humilitas, & nihil redolere mundum aut mundana.

CAP. LXXVII.

Erudita conversatio.

720. Hucusque de *libris* & *scholis*; sequitur, quomodo sit versandum in illis, ut fiat pretium operæ; nempè non maceratione solitariâ, (licèt id non improsperè cedat, quibusdam autodidacticis) sed sociali *conversatione* cum eruditis.

721. Sanè & is qui vacat lectioni librorum, habet conversationem, sed cum absentaneis, alloquentibus nos per sua scripta; quorum suggestionibus ut imbuaris egregiè, habe *musæum* in solitudine, remotum à turba, nè quid interturbet, nec admitte promiscuos, sed selectos: quos tracta mundè, nè macula lituris; nisi velis reminiscentiam sublevare subnotando notabiliora. Antiqui soliti fuerunt notare approbanda *asterisco*, (*) improbanda *obelisco* (+).

722. In transcursu moneo, *matutinas horas esse accommodatissimas studiis*; ergò si lucubras antelucano, *cereus* conducit præ sebacea: tedæ officiunt insigniter lucubrationibus, quia fumidæ; *candelabrum* sit elevatum; *umbraculum*, viride; *emunctorium* præstò, ad ellychnium identidem emungendum, nè obumbret; sed *fungum* mox opprime, nè fœteat.

723. Quicquid autem legis (sive ordinariis horis, sive successivis) ter legito: *primùm*, ut intelligas; *deindè*, ut seligas, & enotes; *demùm*, ut selecta memoriæ imprimas: (selectio autem est excerptio, atque consignatio utiliorum;

non

non in rejectaneas schedas, sed in *diurnum*, seu *adversaria*, aut *locos communes*.)

724. Verum enimverò si cupis progressiones majores, quære tibi *socium studiorum*, cui communices lecta; sive ille sit intelligentior te, & tibi possit enucleare non intellecta; sive à te demùm discat: (tu enim docendo alium erudies te ipsum:) proindè nunquam pigreris versari cum istiusmodi sodali.

725. Habe secum *pugillares* (aut *plumbaginem* cum chartula) semper, ut assignes quicquid incidat, (referendum in *diaria*, vel inquirendum in authoribus) ut nè quidquam excidat.

726. Præterea si non pigebit proficisci ad claros viros, (etiam procul patriâ,) poteris tùm publicè audire profitentes in *auditoriis*, & disputantes de *controversiis*, differentésque de quibuslibet; tùm privatim percontari quidvis modestè, (insinuando te in eorum familiaritatem honestè) & sic proficere in dies.

727. Nec ibi deerit *guavum sodalitium*, ubi partitis authoribus inter vos, quod quisque legisset seorsim, totum id poterit fieri commune per relationem: quotiésque ibi videbis distribui præmia dilgentiæ (in promotione *baccalaureorum, magistrorum, doctorum*) toties te instigari ad virtutem senties.

728. Tandem venustus est uti quoque sapientia sentium, ad tuos progressus per *literas* nimirum, scripti eruditè ultrò citróque, quæstiones quascúnque agitas pulchrè.

729. Antiqui exarabant *pittolia*, in cerâtis tabellis eóque deletilibus; nobis liùs serviunt cartaceæ, complicamus & obsignamus *sigillo*; ut nequeant legi, ab illo cui destinantur, gnandas illi soli, ad quem inscriptio spectat, & cui tradúntur à latore: accidit men ut intercipiantur ac fringantur; quamobrem solent scribi occultis modis iísque variis: *schedula*, secreti habens, non sigillata

CAP. LXXVIII.

Oeconomia; ubi lustramus domus.

730. Introgrediamur *urbes, regiones*: visuri quæ

do homines consocient se (pro adjutoriis mutuis) in *familias*, *respublicas*, *regna*: cujus rei fundamentum est *unanimitas*.

731. Minima *consociatio* est domestica; sed ea trina, *conjugalis*, *parentalis*, *herilis*, ritè coalita in unam familiam: quam regunt *paterfamiliâs*, cum *matrefamiliâs*; quibus subsunt *filiifamiliâs*; cum *familiabusfamiliâs*, universóque famulitio.

732. Habitationem horum (*domum*,) faciunt *ornatam parietes* benè fenestrati, albati, picturati; *tutam* verò *januæ* benè obseratæ, & fenestræ benè cancellatæ aut clathratæ; denique *commodam*, conclavia justæ amplitudinis, benè distincta, pro vario usu: nempè ut sit (ubi convivant domestici,) hibernaculum seu hypocaustum instructum fornace vel camino; & pro parandis cibis *culina*; tum refertum supellectile mensaria, *vasculum*; & pro penore asservando, *cella penuaria*; & pro requie nocturna, *dormitoria*; scóque aliis rebus, debita *reconditoria*, *arcæ*, &c. denique pro transferendis rebus, sportæ, *sophini*, &c.

733. *Cubiculum* habeat spondas, & lectisternia, (*grabbati* sunt pro meridiana reclinatione delicatorum:) & *matulas*, pro vesica levanda, adstructósque successus (latinas) pro exonerandа alvo.

734. Bona ordinatio *contubernii*, sita est in distributione rerum & officiorum: ut quæque res (in domo) habeat suum locum; & quisque locus suam rem, quo pateat statim, quid absit vel adsit: item quisque domesticus suam functionem; & quæque functio suum agentem, (nè respectando alius alium, omnes agant incuriosè,) omnia tamen sub inspectione œconomi.

CAP. LXXIX.

Conjugalis societas.

735. Basis familiæ est *conjugium*, divinitus sanctum, ad propagationem generis humanis indè enim veniunt legitimi *liberi*, & propter hos *famulatus*, cum reliquo œconomico apparatu.

736. *Matrimonio* junguntur *mas* & *fœmina*: nec refert, utrum ille sit juvenis an viduus, illa virgo aut vidua; dummodò ambo sint cœlibes, ac nubiles, nec prænimis dispariles ætate, aut se nimis tangentes, nè nuptiæ fiant incestuosæ.

737. Mas-

737. Masculus dispicit sibi de fœmella, ad nubendum habili, (nimium juvenculæ, nimiúmque exoletæ, & anus, sunt illocabiles:) quæ honestè nata sit, & pudicè educata, famáque illibatâ: utrum signiter dotata, aut elegans, non adeò curandum: quia *dos* (sive fuerit profectitia, sive adventitia) & forma, sunt bona transitoria, & excitant plerúmque rivales, quorum alterum ferre repulsam necesse est.

738. Postquàm adamârit aliquam, quàm diù hanc procat, vocatur *procus* (sive prociat per se, sive per pronubum, aut conciliatricem:) atque si utérque nupturientium *patrimus* est, aut *matrimus*, nihil tentant insciis parentibus: si his orbi, consulunt curatores.

739. Cùm *amasius* obtinet, ut sibi *amasia* despondeatur, celebrantur *sponsalia*, confirmatúrque desponsatio *sponsalitiis* arrhis: alicubi etiam proclamantur desponsati publicè è suggestu, nè connubia sint clandestina.

740. Tùm dies dicitur *nuptiis*, quâ (nisi fortè repudium intervenisset) copulantur parocho, ad amicabilem & indissolubilem cohabitationem atque sic fiunt *conjuges* jurati pactione: quam solemnitatem cohonestant utriusque parentes necessarii: & *paranymphi*, comitantes sponsum; *pronubæ* concinnantes sponsam.

741. A nuptiis *sponsa* dicitur in ædes *sponsi*, fiúntque repotia: & tum iste recipit nomen *mariti*; illa *mariti*: eos verò, qui sibi elocatum natam & gnatum incipiunt vocare, *socerum*, & *socrum*: ipsi ab eis appellandi *gener* & *nurus*. Qui verò elocat nepotem vel neptim, fiunt *prosocer* & *prosocrus*: qui duxit *progener*; quæ nupsit, *pronurus*: sed mariti frater, est *levir*: ejusdem soror, *glos*; fratris uxor, *fratria*; sororis maritus *sororius*; cæteri conjugatores cognati fiunt inter se affines.

742. *Commune officium conjugum* est, præstare sibi mutuo amorem & fidelitatem, ut neuter alteri sit invisus, & invidus: *mariti* seorsim est sustentare

are & protegere uxorem; hujus rursùm, accommodare se consorti, eúmque venerari.

CAP. LXXX.

Parentalis societas.

743. Deus benedicit conjugatis *sobole*, masculâ & fœmineâ: cujus intuitu fiunt è conjugibus *parentes*, *pater* & *mater*.

744. Cùm tempus pariendi adest *gravidæ* uxori & Deus avertit casum abortionis, enititur *filium* vel *filiolam*; (quandóque gemellos, rarò tergeminos:) & postquam peperit, fit puerpera, latitatura domi tempore puerperii, totis sex septimanis, à partu.

745. *Obstetrix* excipit infantulum, tepidulo balneolo, lætantérque, si videt esse corpusculo salubri, & absque nævo; reponítque in *cunas*, involutum fascis & religatum; vagientem autem delinit cunarum, prorsùm rursùm agitatione & consopit.

746. Alma *genetrix*, (aut etiam conducta *nutrix*,) fovet suum alumnum reclivem in sinu, amplexatur, osculatur, suaviatur: præbénsq; *ubera* esurienti, lactat (pusio ipse lactet:) paulò tamen post satiat *pappâ*, præmansóve cibo.

747. Ancilla abstergit fordidatum molliculis linteolis, & involvit plumeis lectulis, nè algeat: sæpiusculè etiam impositum ulnis circumgestat, adsuescat sessitationi.

748. A lactatione pervenitur ad *ablectationem*, & à cunabulis ad *serperastra*: ut condiscat ibi manducare cibos solidiores; hîc incedere firmiter, bimulus circiter: reliquum infantilis ætatis exigitur lallando & lusitando, pupis, crepitaculis, cæterísque crepundiis: sed petulanter evagantem, aut flentem, solent territare *manduco*, ficto terriculamento.

749. Ex utróque parente eodem nati, vocantur *germani*, *fratres* & *sorores*: ex eodem patre duntaxat, *semigermani*; ex eadem matre tantùm *uterini*: cæteri venientes ab eadem progenie, *consanguinei*; è paterna stirpe *agnati*, è materna, *cognati*; *vitricus* & *noverca* habent *privignos* & *privignas*.

750. Pater tui parentis (utriuslibet) est tuus *avus*;

mater ejusdem, tua *avia*: porrò horum parentes, tuus *proavus & proavia*; istorum, tuus *abavus* & *abavia*; illorum, tuus *atavus* & *atavia*; rursúsque horum, tuus *tritavus* & *tritavia*; qui supra sunt, vocantur *majores*.

751. Liberi autem nostri sunt, filius & filia: quorum liberi nobis erunt nepos & neptis; istorum, pronepos & proneptis; illorum, abnepos & abneptis; indè sunt, atnepos & atneptis, trinepos & trineptis; qui infra hos erunt, appellabuntur posteri nostri.

752. In collaterali linea, tui patris frater, est tuus patruus; matris frater, avunculus; patris soror, tua amita; matris soror, matertera; supra hos sunt propatruus & proamita, abpatruus & abamita; proavunculus & promatertera, abavunculus & abmatertera.

753. Duorum fratrum liberi sunt patrueles; duarum sororum, consobrini; fratris ac sororis amitini & matruales; sed horum omnium indistincte sobrini.

754. Officium parentum est attendere educationi communiter: hoc est, assuefacere prolem ad operositatem, moralitatem, pietatem: retrahere verò a ignavia, morositate, (nè consuescant incedere incompti, impexi, illoti, squallidi, impietate: sed quædam materculæ solent nimis blandiri & indulgere filiis, præsertim unigenitis; quâ corruptelâ fiunt *immorigeri*, tandémque *degeneres*.

755. *Ingenui* liberi sunt consequentes suis genitoribus, nutum; fugiant impatientiam & murmura, multóque magis contumaciam & pervicaciam, nè illis moveant iram, aut sint dehonestamento.

756. Parentumquoque est colligere liberis *hæreditatem* cujus participes fiunt *posthumi* etiam: (hoc est, post parentis funus nati:) sed *spurios* & *nothos* exhæredes jura volunt.

757. Si præmaturè demoriuntur, relicturi post se superstites *orphanos* natu minores,

res, addecet constitui testamento orbitatis præsidium, *tutores*: qui debent vindicare ab injuriosis perindè ac suos; dùmque tutela est deponenda reddere rationem *pupillis*, juxta *inventaria*, nihil esse abalienatum.

758. Quum *majores annis* herciscunt bona ipsi inter se, tributio competit maximo natu, præelectio minimo natu, & sic consequenter: sed alicubi primogenitus fit hæres ex asse: alibi legatarii etiam litigant, legato non contenti; potissimùm si quis intestato decedat.

CAP. LXXXI.

Herilis societas.

759. Familiâ per sobolem auctâ (vel etiam imminutâ) opus est domesticis serviciis conduci *famulos & famulas*; respectu quorum parentes fiunt *heri & heræ*.

760. Olim *servi* legebantur, aut emebantur, è captivis, ideóque dicebantur *mancipia*; in quos fuit potestas vitæ & necis: servorum nati fuerunt *vernæ*, similiter in servitute manentes, donec essent facti liberi per manumissionem dominorum, atque tunc dicebantur *liberti* & *manumissi*: apud nos rigor iste desiit non immeritò; pauperiores serviunt conducti mercede, habentúrque instar *clientum*, & *clientarum*, sub *patronis*, quos sibi elegerunt.

761. *Herorum munus* est, præbere famulis mercedulam & alimoniam; & distribuere pensa laborum quot diebus; sed & intervisere, an quisquis agat quod debet, & quomodo? (In majori familia officia quoque distribuuntur, ut alius sit *janitor*, *mediastinus*, *scopiarius*, *pedissequus*, &c.) *Servorum* autem est, diligere heros, ac honorare; fidelitérque exsequi demandatas operas; & præcavere incommoda; & vivere concorditer cum conservis; nec oggannire impudenter, &c. nî velint tractari serviliter.

CAP. LXXXII.

Oeconomicæ mutationes.

762. Fit interdum *immutatio status oeconomici*; cùm vel *habitatio* ipsa transfertur, per demigrationem aliò; vel disrumpitur *cohabitatio* familiarium.

763. Nam si familia inerescit,

scit, ut eam nequeat capere domus una, aut sustentare locus unus, vel speratur aliubi melioratio rei familiaris, commigratur indè aliorsùm, convasatis reculis mobilibus, & translatis una; immobilibus autem divenditis.

764. Conjuges interdum sejungit adulterium alterutrius, ut fiat inter ipsos *divortium*: sed barbaries est, repudiare nuptam nulla de causa, tantùm quòd displiceat eum illa degere vitam connubialem.

765. Quidam improles adoptant extraneos, qui dicuntur *filii adoptivi*; fiúntque hæredes jure adoptionis, rursum alii exhæredant filios, propter facta propudiosa: imò & abdicant è familia.

766. Atque tum cessat officium parentale per *abdicationem* vel *emancipationem* filii, sic ut & elocationem filiæ: herile autem, si famuli resignant servitium, aut nos ipsi *renunciamus* eis: sed cum conjugium reiteratur à viduatis, aut adoptatur alienigena proles; aut adsciscitur novum famulitium; ibi mutatio pensatur permutatione.

CAP. LXXXIII.

Politia: ubi lustramen urbis.

767. *Respublica* dicitur, reductio familiarum multarum sub regimen unum; institutum eò, ut omnes queant degere tranquillè, & agere sua impræpeditè, neque potentior opprimat imbecilliorem.

768. Ad hanc rem opus est 1. *adunatione domiciliorum*; quæ minor, appellatur *pagus*; major, *oppidum*; maxima, *urbs*. 2. *Limitatione ordinum*, ut alii præsint, cum potestate & jurisdictione; alii subsint, cum subjectione & obsequela. 3. *Certis legibus*, quibus omnes & singuli colligati sunt, in corpus unum.

769. Forma regiminis est triplex: quippe administrat rempublicam 1. alicubi *plebs* ipsa, permutans inter sese officia per vices, dicitúrque *democratia*: 2. alicubi *optimates*, dicitúrque *aristocratia*: 3. alicubi potitur rerum unus solus, dicitúrque *monarchia*.

770. Circumvisamus *urbem*; ubi quæritur, ut habitari queat tutè, amœniter, commodè.

771. Tutæ habitationi servit circumvallatio; cùm oppidis

pidis extrorsum circumdantur *mœnia*, *fossæ*, *valla*, imò & *valli*: inter quos intervallum est, introrsum verò *pomœrium*, quâ civibus datur accessus ad munimenta: tandem locis editioribus *speculæ*, in quibus civici *excubitores* excubant, *vigilésque* vigilant.

772. *Portas* solent præmunire bipatentibus valvis; (& deinsuper impendentibus *cataractis*) obsepiréque *pontibus* seu stabilibus seu subductilibus.)

773. Amœnam habitationem facit amœnitas *situs*, & elegans *prospectus* & decoramenta *turrium*; tandémque nitida inædificatio platearum: nempè ut primarii *vici*, (habentes utrinque contiguas ædes) sint ampli; licèt juxtim transcurrentes angiportus, sint ut plurimùm angusti, & impervii.

774. Auget gratiam, si interiora domuum sint pervia, præstructis porticibus, ut pateat siccus transitus tempestate pluviosâ: plateæ verò ipsæ stratæ lapidibus, nè ambulationes sint lutosæ.

775. Commodè habitatur urbs, sita loco salubri (non ad palustria, virus exhalantia) & cui benè prospectum est omnibus necessariis: exempli gratiâ publicis *ædificiis* & ultro affluente *aquâ*, & facilè parabilibus *victualibus*, *lignis*, &c.

776. *Publica ædificia* sunt; *curia* pro conventu senatus; *prætorium*, pro exercendis judiciis; (cum adstructo *carcere* pro custodia delinquentium;) *ærarium* & *armamentarium*, pro asservando publico ære & armis; *scholæ*, pro exercenda juventute; *templa*, pro religiosis conventibus; tandem *balneæ*, diversæ pro diverso sexu: ubi lauturi exuunt vestimenta in apodyterio, custodienda à *vestispico*, ingrediuntúrque præcincti castulâ.

777. Dehinc sunt, *prochodochia*, receptacula mendicabulorum; & *nosocomia* ægrotantium; & *orphanotropeia*, pro enutriendis misellis pupillis, (aut expositiriis, sicubi probra ista fiunt;) & *hospitalia* (xenodochia) pro introducendis hospitibus peregrinis; atque *diversoria*, ubi advenæ divertant; vel etiam popinæ, ubi edulia semper reperiantur parata; sicut & potulenta in *caponis* & *œnopoliis*.

778. *Fora* debent plura esse in populosa civitate pro venalibus rebus; & distincta locis,

cis, ut scias ubi quid quæras: nimirum alibi forum *pecuarium* (equarium, boarium, suarium;) alibi *olitorium*, *piscatorium*, *carnarium*, &c. alibi denique *scrutarium*, ubi scrutarii venditant scruta & ablecta; *mangones* autem interpolatas vestes, si quas circuitores vendere non possunt.

779. *Cpificinæ* habentes aliquid sordium, aut strepitûs, optime locantur in suburbio; ut *laniena*, *ustrina*, sordescentésque officinæ *cerdonum*, & strepitantes *fabrorum*: *cloacæ* verò & *foricæ* in recessibus platearum.

780. *Aquæductus* fiunt ab aquilege, seu per aperta incilia, seu per occultos canales, derivatis è montanis scatebris, & effundentes aquam hinc indè in *castella* (aquaria:) in defectu montanalis aquæ, fluvialis diffunditur machinis tractoriis; aut effodiuntur *putei*, circumdati oras crepidine: undè aqua hauritur situlis, (aut urnis;) sive uncino, sive girgillo, sive tollenone, sive antliâ, ubi nè quidem talium copia est, constituitur *cisterna* de pressiore loco, in quam pluviales aquæ confluunt per collicias.

CAP. LXXXIV.

Civilis societas.

781. Ut benè sit *urbi* omnibus, opus est eos distingui in *ordines* certos; & assignari cuivis certam functionem, provideri denique ut quisque agat sua, aut recorrigatur, si quid exorbitationum est.

782. *Ordo civium* est, quo alii sint *patricii*, oriundi claris prosapiis; alii *ephori*, cooptati in magistratum (sive suffragiis, sive subsortitione;) alii *plebs*, privata curantes; omnes secernendi cognominibus familiarum, propriisque prænominibus & agnominibus.

783. Primores magistratuum sunt *senatores*, invigilantes publicæ saluti; & *prætores*, vacantes litigiis componendis; ædilésque, inspectores publicarum ædium; & tribuni plebis, procurantes ut populus contineatur in bono ordine, & quodvis *collegium* intra limites suorum statutorum & privilegiorum.

784. Hi *tribuni* dividuntur alicubi in *duumviros*, *triumviros*, *septemviros*, *decemviros*, *centumviros*, &c. quorum officium est ferre plebiscita, (sed ut ea habeat rata senatus;) horum tri-

men

men juris dictio (duumviralis, triumviralis, &c.) non est diuturnior, quam in duumviratu, septemviratu, centumviratu, &c. relinquuntur.

785. Dum senatus agit consessum in curia (ubi album senatorium, & matricula civium, & civica acta asservantur;) *consul* (præsidens directioni annuatim, aut ei substitutus *proconsul*) proponit deliberanda: *consulares* viri sententias dicunt; *judici* assidentes decidunt intricatos casus; notarii consignant *concluſa*. (N. B. Romani deligebant dictatorem in desperatis casibus, qui imperitaret absoluto arbitratu, quibus vellet, quicquid vellet.)

786. Opifices habent suas sodalitates, suásque curias, ubi novitius professus artificium, exhibet artis specimen curionibus, demúmque in ordinem recipitur: infima plebs sunt *mercenarii proletariáque*, multitudo.

787. Civium est, præstare sibi mutua officia; licèt alius sit honoratior præ alio; aut magis privilegiarius, hoc est, immunior à censu & oneribus: (solent enim quidam indigenæ eximi; peregrini sunt vectigales, eorúmque bona caduca.)

788. Quando cives rarescunt, admittuntur novi *municipes*: quando superabundant, *colonia* emittitur aliò, ut ex illis aliísque convenis, fiat novum municipium.

789. Magistratuum est videre nè respublica capiat quid detrimenti: quod fieret, si permitterent 1. quenquam civium *vivere otioſè*; neque advigilare suis rebus: 2. aut *vestire ſe ſupra ſtatum*, alióve luxu prodigere patrimonium: 3. aut rursùm *facere queſtum malis artibus*, & aliis præripere sua: 4. aut *tolerarent publica inhoneſtamenta*, commessationes, popinationes, ganeas, lupanaria, labem juventutis: 5. aut *diſtribuerent publicas funciones* secundùm personas, non secundùm aptitudinem: 6. *conniverentque* ad omnia præpostera: 7. & non *ſufficerent* defunctis alios: 8. aut *non contribuerent ſalaria* iis qui ministrant publico.

790. Enimverò in benè constitutis rebuspublicis ad omnia sunt 1. *ſeveræ leges* non facilè novandæ, nedum temerandæ, (ut sumptuariæ, & de pretiis rerum, & manupretiis, &c. ut nè quis exlex, aut *illex* sit, possítque defraudare alium;)

& 2. *justa executio* in violatores legum, sine prosopolepsia: eóque 3. *universaria examina*, ubi quisque cogitur reddere rationem, quâ ratione victum quærat: nè cui (suo malo) liceat esse otioso, aut in alios iniquo; aut exercere mendicitatem ostiatim: imò etiam magistratus ipse, si quem expilavit, *repetundarum* tenetur.

791. Nisi hæc observantur (inprimis autem ut juventus rectè educetur) subnascitur indubitanter perturbatio rerum, furta, rapinæ, latrocinia, meretricia, mutuæ oppressiones, pauperies, subversio denique tantò facilius, quantò respublica fuerit populosior.

792. Specialis cura magistratuum est, in providendo communitati 1. *de sufficientia rerum*, 2. *& præsidiis valetudinis*, *& administranda justitia*: illud per *mercatores*, istud per *medicos*, hoc per *judices*.

CAP. LXXXV.

MERCATORES.

793. Quia non omnis tellus fert omnia, debent homines communicare sibi sua bona, quæ superfluunt hîc, transmittendo aliò, & quæ desunt hic, adscisendo aliunde, tametsi è transmarinis locis: cui negotiatione est nomen *mercaturæ*, occupatæ circa invectionem & evectionem rerum; suo & reipublicæ bono.

794. Invehenda sunt (*opes vecturæ & navicularia*) necessaria; quæ domi desiderantur, ut defectus sarciatur; & quæ supersunt evehenda, nè sine usu depereant: hæc est summa rationis mercimoniorum, exercendæ facillimè in locis opportunis, maritimis puta, aut ad fluvios navigabiles sitis.

795. Diuturnus mos fuit, permutare *merces* ipsas, (cujusmodi submutationes nec dum desitæ sunt usurpari:) posteà dependebatur *infectum æs* (arpentum, aurum) secundùm indicta pretia rerum: tandem reperta est *moneta*, hoc est, æs signatum charactere valoris, quô procedat expeditiùs tum indicatio pretii, & licitatio, tum contractio & solutio; nunc etiam cambiunt pecuniam per *collybum*, viâ valdè compendiariâ.

796. *Mercatores* majoris nominis mittunt suas merces venundandas ad celebria emporia: *sed institores*, *tabernarii*, *nundiatores*, circumcursitant op-

oppidatim inque anniversariis nundinis, aut hebdomariis mercatibus, venum exponunt sua sub cadurcis, venditáque involvunt cucullis: *propolæ* distrahunt sua viatim, vicatim, angulatim, domesticatim.

797. Genus venditionis est, cum res veneunt *auctione*: ubi venditor ostentat rem promercalem (circumversando eam) circumsistenti turbæ, & indicat, quanti liceat: tum aliquis emptorum *licetur*, alius *contralicetur*, auctando pretium; donec res addicatur pollicenti plurimum.

798. Sed quia fraudes interveniunt, oportet esse cautum in mercando: quippe rari commercantium contenti sunt lucello, plerique nimium quæstum quærunt vendentes magni, quæ emerant vili; nè tamen sibi res deprecietur, ejurant tantidem constare: aut impostor supponit merces vetustas, obsoletas, situ corruptas, pro recentibus: aut adhibet mensuras fallaces, ærosa numismata, &c.

799. Caritas annonæ ingravescit subindè, aut remittit, pro earundem abundantia, vel penuria; (rarum enim carum, & carum charum:) sæpè tamen *monopolæ* in culpa sunt, qui omnia præmercando & postea pro lubitu taxando, vexant communitatem, cui nunquam benè consulitur, ubi *monopolia* permittuntur.

800. Ubi res delibrata superpondio adaugetur, est *appendix*: si quid adjicitur, *mantissam* vocant; sed expendere liberalius, facit dispendia, quæ depauperant; parcius, compendia, quæ opulentant.

CAP. LXXXVI.

Medici cum pharmacopolis & chirurgis.

801. *Accersi morbos intemperantiâ*, verum est: sed & hoc, vix quenquam posse vivere tam accuratè (in hac jam rerum corruptione) quin ægritudines obveniant.

802. *Medicus* ergò præscribit sanis *diætam*, ægris *pharmaca*.

803. *Diætam* præscribit (quæ est optima medicina, quippè securissima, & sine violentia) dùm docet moderari *cibum & potum, somnum & vigilias, repletionem & exinanitionem, corporis & animi commotiones*, nè quid istorum admittatur ante naturale desiderium, nec extendatur ultra satietatem, nec adhibeatur aliter, quàm expediat.

804. Invisens ægrum, non aggreditur medicationem temerè, (ut solent *circumforanei medicastri*, & *mulomedici*: sed indagat priùs *morbi speciem, sedem, causas*, non tantùm ex relatione decumbentis (quâ parte quid doleat, &c.) sed ex aliis signis: nempè 1. ex *læsione functionum*, (quæ demonstrat statum animalis facultatis :) 2. ex *arteriarum pulsu* (qui prodit, quomodo se habeat vitalis facultas: 3. ex *inspectione lotii* (quod deregit constitutionem naturalis facultatis.)

805. Deprehenso statu facultatum, instituit prognosin, sitne morbus lethalis, an salutaris, vel anceps : eóque præcognito, irremediabilem (immedicabilem) relinquit intactum ; salutarem aggreditur medelis confidenter ; ancipitem, nonnisi præfando eventus dubios ; præsertim *die critico*, & *anno climacterico*.

806. Dùm suscipit curam, antè omnia mitigat dolores certis mitigatoriis ; & conservat naturalia, quæ videt superesse in ægrotante (ut natura corroborata juvet propellere inimica sibi :) demùmque infit oppugnare præternaturalia illa ; jam diæteticis (sæpè enim magni morbi curantur solâ abstinentiâ & quiete,) jam *pharmaceutica* jam *chirurgica*.

807. *Diæta* reficit diminutas vires, non tantùm moderatione alimenti & quietis, sed & externis fomentationibus & frictionibus, suffitúque.

808. *Pharmacis* profligat ea quæ molesta sunt ; tùm ipsa alterando, tùm evacuando tandem membra confortando.

809. *Alterantia* (remedia) sunt, quæ calefaciunt, aut frigefaciunt, humectant aut siccant : tùm verò ut peccans materia possit faciliùs ejici attenuat eam præparatoriis, aut incrassat, relaxat vel adstringit, emollit vel indurat, ut res postulat.

810. *Evacuantia* sunt, quæ (per dejectionem) *vomitoria* & *purgantia*, & (per urinam) *diuretica* : tùm *sudatoria* & *sternutamentum* cientia, ut *gargarismi*, &c. quibus eliminantur exitiosi humores ; *antidota* item, quibus pelluntur pernaturia venena ; & *amuleta* quibus depelluntur fascina.

811. *Roborantia* sunt, quibus aliquod membrum peculiariter confortatur : ut

ctus *thoracicis*, *cordiacis*, ventriculus *stomachicis*, jecur *hepaticis*, lien *spleneticis*, renes *nephreticis*, articuli *arthriticis*, &c.

812. Invaletudine profligatâ, sanitatéque recuperatâ, medicus celebrat *soteria* cum revalescente & ab illo remuneratur *sostris*: sed restitutio semiperfecta (dùm quis non integrè convalescit, etiamsi sentiat se revelatum) facit *valetudinarium* aut obnoxium infirmitatibus; aut (quod pejus) *clinicum*; aut (quod pessimum) illidit in *recidivam*, penissimè affligentem.

813. Utuntur medici in suis præscriptionibus (quas vulgò receptas vocant) notis talibus: ℞ *recipe*; ℔ *libram*; ß *semis*; ℥ *unciam*; ʒ *drachmam*; ℈ *scrupulum*; gr. *granum*; g. *guttulam*; p. *pugillum*; m. *manipulum*; ana, de *singulis tantundem*, &c. Vocant autem id *basin*, quod primarium est inter ingredientia, reliqua *adjuvantia & corrigentia*.

814. Juxta quas formulas *pharmacopœus* præparat medicamenta in laboratorio, includitque liquida vitreis guttis & ampullis; arida ligneis capsellis & pyxidibus; reliqua fictilibus seriis ac fideliis, vel stanneis lagenis; & circumponit per repositoria, ad criptâ cuivis suâ nomenclatione.

815. Comportat verò medicamentariam materiam undecunque, ut nec aversetur ipsa rerum excrementa, imò toxica (quippe nihil est quin contineat aliquid medicamentosi:) potissimam tamen partem desumit ex herbis, ideóque oportet esse *botanicum*.

816. Gregales horum *chymici* parant non promiscuè quasvis medicinas, sed solummodò spirituosas; extrahendo intimas essentias rerum; quia profundiores vires tenaciorum rerum patiuntur separari, tundendo aut macerando; exugendæ sunt vi ignis; convertendæque aut in *spiritum & oleum*, distillando; aut in *flores*, sublimando; aut in *sal*, calcinando.

817. Quibus operationibus eliciuntur primò *decocta & succi*, fluidæ medicinæ: secundò, *balsama*, *extracta*, *tincturæ*, molles: tertiò *pulveres & croci*, *magisteria & crystalli*, siccæ; ex quorum mistura porrò parantur compositæ medicinæ quam plures, intus vel extra usurpandæ.

818. Intus sumuntur *julebi*, conditi melle & sacchato; & *syrupi & tincturæ*, julebo paulo concretiora, utraque tamen fluxa; tum *electuaria*, *conservæ*, *theriacæ & varia condita*, molliculæ: deindè *confecta*, *pilulæ*, *pastilli* (*rotulæ*) *& orbiculati trochischi*, *conquadrataque morsulæ*, &c. solida.

819. A foris applicantur corpori *linimenta & unguina*, *mollicellæ*, *cerota & emplastra*, spissiora; oculis, *collyria*; dentibus, *dentifricia*; ventri, *fomenta*; ano, *clysteres & suppositoria*.

820. *Chyrurgus* commodat manum suam medico, ubi medendum est ferro & igne: nempè secans phleboromo venas; exsecans autem verrucas, aliásque excrescentias; & aperiens abscessus; & radens ossa scabra; limánsve prominentia; serránsve emortua; aut perforans (ob subtus latens pus,) perurens denique putridas carnes cauteriis, suscitánsque *fonticulos* causticis medicamentis, ad erivandum humores pravos.

821. Idem reponit suis locis membra luxata, aut prolapsa; intorta verò, curva, gibbosa, reducit ad nativam figuram: eximit à *vulneribus* festucas, tela, & alia forinsecus illapsa; coadunátque *labra vulnerum* futurâ; consolidat *ossa fracta* inductione calli adhibens (ubi opus est) deligationem; quæ sit fasciatione spleniorum, interdúmque cum ligatione asserculorum.

CAP. LXXXVII.

Judices: cum judiciario processu, criminalique executione.

822. Incolumitas reipublicæ conservatur administratione judiciorum: quâ sublatâ constat sua securitas cuique: dùm violentiæ sistuntur, animadvertitur in violatores: ad minimum enim protestatur licet adversus omnem usurpatorem alieni, & provocare ad judicem.

823. Forma judicii est triplex, 1. *per amicabilem transactionem*; 2. *per juridicialem processum*; 3. *per rigidam exquisitionem*.

824. Amicabiliter componuntur controversiæ inter partes: ipsas rariùs immediatè, sæpiùs interveniente tertio sive ultrò seipsum interponente, sive delecto, in quem & compromittunt utrinque acquiescturos esse arbitrio ejus: *arbi-*

rum vocant, & *arbitrarium judicium*.

825. Si non allubescunt pacifica media, & collibet experiri jure, sectantur *forum*; ubi judex præsidet armatus authoritate publicâ, instructúsque ministeriis *apparitorum*, *accensorum*, *præconum*; exercens judicia die fasto, abstinens nefasto.

826. *Actor*, aut in jus rapit *reum* notorie improbum, petitque decidi causam summario processu, (de simplici & plano;) aut acturus juridico processu per *causidicos*, scribit dicam eidem reo postulans eum arcessi in jus, (sunt enim formulæ ad omnia constitutæ.)

827. Ergò reus citatur, vel ad tribunal prætoris, vel subsellia scabinorum, tanquam inferiorum judicum: qui aut prætendit clausulas, ut declinet forum legali exceptione; aut se sistit indictâ die; seu per se, seu per suum *procuratorem* (mandatarium.)

828. Tum perficitur accusatio & excusatio; accusato aut fatente, & excusante objectam culpam aut diffitente: atque tùm producuntur probationes, per testes juratos, si non sufficiat authoritas earundem, & assertio nuda: sed jurandum præscribitur verbis conceptis, nè jurator eludat per equivocationem.

829. Si causa non potest definiri illicò, vadantur litigatores, ut compareant ad præfinitum diem: datíssque vadibus, licèt utrique parti vadere, & instruere suum *advocatum*, ut quisque sciat tueri causam clientis sui.

830. Incorrupti *judicis* est, 1. non admittere clanculanas delationes, sed delatores compellere, ut apertè agant. 2. non prolatare causas, sed insistere: 3. non sufferre perplexationes & sycophantias, sed inclamare: 4. vitaréque præjudicia, nec propendere favore aut odio, huc vel illuc: 5. aut corrumpi largitionibus: 6. sed decernere simpliciter, secundùm probatorum evidentiam, causarúmque merita: absolvendo *insontem*, damnando *sontem* (etiam ad refusionem expensarum litis,) nè protervia maneat impunita, sed ut luat qui peccavit.

831. Antequam sententia definitiva fertur, *præses* requirit vota *assessorum*, ratáque habet; decreta communi consensu non retractans nec rescindens.

832. Pro-

833. Promulgata decisione causæ, *exequutio* fit ocyùs; nisi dilatio impetretur intercessione alicujus, aut pars condemnata petat recognitionem causæ; aut denique appellet ad judicium superius, quali casu locus est justitio, & comperendinationi, aut etiam sequestrationi: at quod superior judex decreverit, imponit finem controversiæ, nec vitilitigatores impunes relinquuntur.

833. Manifestariis prævaricatoribus infliguntur atroces pœnæ, ut alii deterreantur à sceleribus; ubi lictor rapit, loris ligat, vinculisque vincit, sceleratos nebulones; injiciens manibus *manicas*, pedibus *compedes*, collo *nummulas*, & detrudens aliquos in *ergastula*, ubi compediti exsequuntur servilia opera; alios rursum exponens spectaculo, erectis in propatulo cippis; alios tradens carcerario custodiendos in carcere, & enervandos fame, squalore, & pedore.

834. Enormes *malefici* traduntur *carnifici*, subjiciendi tormentis; hoc est, imponendi *equuleo*, & prægravandi ponderibus, aut distringendi *fidiculis*, distorquendique adurendi, & sic cruciandi si nolint confiteri citra torturam, noxia propemodum: ut in confessos demùm supplicium constituatur juxta promeritum.

835. *Scorta* & *scortatores* cæduntur virgis & flagris; impudicis *postibulis* inuruntur stigmata; ut & *proditoribus*, *falsariis*: *sacularii*, *abigei*, *calatores*, multantur fustibus aut mulcta; vel strangulantur suspendio, in patibulo suspenditur alicubi & furum complices (qui surreptas res clanculum receptant) æquiparantur compilatoribus ipsis, afficiuntur æquali noxâ.

836. *Mœchi*, *raptores*, (*fractores*) *plagiarii*, *homicidæ* & *læsæ majestatis rei*, decollantur: *latrones*, *sicarii*, *parricidæ*, *sacrilegi*, cruci fragio puniuntur: sed olim affigebantur cruci (seu furcæ;) *parricidæ* verò, *fratricidæ*, *infanticidæ* insuebantur cum serpente & leo, aquisque mersi suffocabantur: *principum interfectores* discerpuntur quadrigis diversum actis, bona verò eorum confiscantur, aut publicantur; *incendiarii*, *sagæ*, & *maleficæ*, cremantur super

gu-

gum; *blasphemi* clinguantur.

837. *Calumniatores* maligni, *obtrectatoréſque*, & qui libellis famoſis, anonymè ſcriptis, immerentes ignominioſè traducunt, itémque convicti *perjurii*, mutilantur aliquo membro: aut condemnantur ad metalli fodinas, vel ad triremes; aut exterminantur; hoc eſt, proſcribuntur, relegantur cum infamia, ſeu in locum certum, *exules* dicendi; ſeu ad vagandum *extores*: ut ſic etiam reſpublica liberetur purgamentis ſuis.

CAP. LXXXVIII.

Ritus recreationum.

838. Ut nè fragiles vires labaſcant aut elanguéſcant, ceſſatur quandoq; à ſeriis, datúrq. aliquid temporis *ludicris*: quæ defatigatos oblectent ſpectatione, aut vegetent commotione, aut refocillent concertatione; quæ tria genera vacationum luſoriarum, quidni etiam curſim ſpeculemur?

839. *Præſtigiatores* faciunt ſpectacula non injucunda vulgò: perſtringunt aciem oculorum mirâ volubilitate geſticulationum, ut miracula putentur, cùm tamen res peragatur pernicitate: nec non *funambuli*, non ambulantes ſolùm ſuper funè extenſo in ſublimi, ſed & ſubſultantes cum ſtrictis enſibus (papæ quàm audaces!) dùm ſeſe librant haltere manibus geſtato; itémque *larvati ludiones*, ſimiléſque *circulatores*.

840. *Scenici ludi* præbent ſpectaculum plauſibilius; ubi in theatro hiſtoricè repræſentantur quædam memoranda antiquorum geſta; idque ab *hiſtrionibus*, vel *perſonatis mimis*, prodeuntibus è ſipario in proſcenium: ſi arguté, applauditur illis; ſi inſcitè, explodúntur, & exſibilantur.

841. *Actores* hîc ſunt, vel *comœdi*, dùm comœdia agitur, exhibens res variè turbatas, ſed cum lætâ cataſtrophe: vel *tragœdi*, dùm tragœdia, cum lætò principio, ſeu triſti exitu? utrobique eſt *prologus*, & quatuor aut quinque *actus*, quilibet diviſus in aliquot colloquentium *ſcenas*, primariſque ſpectatores conſident in *orcheſtrâ*; *cavea* relinquitur promiſcuæ plebeculæ; pretium tamen poſcitur ab his & illis.

842. *Commovendo* ſe quærunt redintegrare vires, qui ſeſe exercent *curſu*, *ſaltu*, *jactatu*,

ctatu, *luctatu*, *pugilatu*, *equitatione*, *vectitatione*, *pila* item, similibúsque commotiunculis.

843. *Cursu*: qui supervehuntur in glacie; aut sibi designando lineam; simul ac eam attigerunt, protinus consistunt; & qui ultra eam procurrerit, aut citra eam substiterit, perdit ludum: imprimis autem illi *cursores* qui cursu contendunt in *stadio*, incipientes cursuram à carceribus, & inter cancellos decurrentes ad *metam*, ubi quilibet laborat prætervertere cæteros, primus tamen solus reportat *brabeum*, ab assidente brabeuta.

844. *Saltatores*, ad modulos choraulæ, ductúque choragi, (seu præsultoris) ducunt choreas, varia circumgyratione, & tripudiant.

845. *Jaculatores* jaciunt in porrectum ante se, vel evibrant in auras, *discos*, & alia missilia, vel collimando ad præfixum scopum, contendunt eum tangere (ferire.)

846. *Luctator* nititur prosternere colluctatorem medio prehensum in agone; sed ille reluctando renititur affligere ipsummet: ubi supplantare artis est, recellere, risus.

847. *Pugiles* congrediuntur duello, in palæstra cæstibus; *gladiatores* gladiis, decertántque sub directione lanistæ, dimicatione gladiatoriâ: ubi alter ictum infert, alter excipit, inhibet, propulsat; vincit autem qui infligit: *andabatæ* pugnaturi pugnis, committebantur perridiculo certamine, prævelatis oculis.

848. *Equestre ludicrum* est, cùm equiso frenans equum injecto lupato, mulcénsque poppysmis, docet ex arte gradi, salire, converti, sessorémque molliter gestare; aut cum desultor transultat de equo in equum, mirâ celeritudine.

849. Ludus *pilæ* sit expulsim & datatim (in sphæristerio vel alibi:) cum eam alter mittit, alter excipit & remittit: sive sit *pila pagánica*, pilis farta, & percutienda ferulâ, sive *pila palmaria* (herpastum) repellenda palmo, aut reticulo; sive *pila pugillatoria* aëre distenta (follis;) reverberanda pugno.

850. Addamus lusionibus motoriis pueriles istas: *diffugium*, quô se fugitant & captitant; *myindam* (latebram va-

ex,) quâ se abscondunt & quæritant : *oscillationem*, quâ se agitant à petauro : *incessum grallatorium* divaricando gressum super grallas : *ejaculationem globorum* in scrobiculos ; *jactationem globi*, ad dejiciendum conos : *versationem turbinis* flagello : *elisionem stupeæ* glandis è sambuceo sclopo, &c.

851. Concertamen fit, ludendo *par*, *impar*, & micando digitis ; & certando *ænigmatibus* & captatoriis quæstiunculis : tùm *sortilegiis*, ut in alea, ubi tali (tesseræ) immittuntur per fritillum (sed hoc est ferè aleatorium ;) aut ubi certatur *sorte* & *arte*, ut in ludo *calculorum*, & lusoriis *chartis* : vel denique solâ arte, ut in *ludo latrunculorum* ingeniosissimo omnium.

852. Ludendum autem est, ut delectabile sit, cum coætaneis & comparibus, idque cum sponsione : at non in res magnas ; ut sit citra inquietudinem & solicitudinem : (qualiter fit, cum luditur pro sustinendo *talitro vel alapa*, *vel pro evacuando schypho*) & cum bellis colluforibus, qui te non deludant, aut conturbent felicitatem jurgiis, devotionibus, obscœnitatibusve : sed locus quoque dandus est diludiis, ut garrias cum congerronibus.

CAP. LXXXIX.

Convivales ritus.

853. *Congressus oppidanorum convivales* non sunt prætereundi, quatenus instituuntur vicinalis amicitiæ causâ : sive magis privatè, ad compotationem, vel concœnationem, ubi estur de collatis symbolis ; sive magis publicè, ubi quis opulentior instituit convivationem, occasione lustrici diei, vel aliàs : sive cum meriti de republica singulariter, excipiuntur quandoque publico sumptu, lauto convivio.

854. Quando convivandum est, *archimagirus* tradit coquis apparanda esculenta, coëmpta per *obsonatorem*, aut subministrata à *promocondo* ; triclinium curæ est *architriclino*, ut mensæ tapetibus insternantur per triclinarios, supersternantúrque mappis decenter extensis ; tùm *disci* circumponuntur (sive sint orbes, sive quadræ,) cochleariáque & *salinum* apponuntur, & *collyræ* panis deprompti è canistro, aut scissæ bucceæ.

855. Demum *fercula* inferuntur,

feruntur, in patinis & lancibus, & *embammata* deſtituuntur in patellis (ſcutellis:) convivium enim quòmagis opiparum eſt, eò habet lautiores epulas, variáque pulpamenta, imò & diverſos miſſus.

856. Invitatos convivas, venire temporiùs quàm ſeriùs, civilius eſt: quos convivator excipit amicâ obviamitione, & introducit: cúmque abluerunt manus ſuper malluvium è *guttarnio*, aut ſuper pulvim (ſeu pollubrum) ex *aquali* (urceolo,) terſerúntque mantili mundo (inquinarum præbere incivile foret,) aſſidunt juxtim per diſpoſita ſedilia (olim mos erat occumbere.)

857. *Structor* deartuat appoſitas dapes ſcitè, ac diſpertitur: *præguſtator* præguſtat potiones, aut propinat promulſidem, quam prælibant diſcumbentes: adſtante, qui abigit muſcas, muſcario, nè ſint infeſtæ epulantibus, aut illabantur epulis.

858. Eduliorum prima ſunt *obſonia*; (*juſcula*, *pulmenta*, *ova ſorbilia*, &c.) non lambenda exſertâ linguâ, ſed ſorbenda cochleari: cætera eximuntur furculis, & conſcinduntur cultris, præhenſis manubrio.

859. Benè morati ingerunt bolos ori moderatim, non injectant; comedunt manſitando, non glutiunt tuburcinando; nè poſteà ructent, aut ſingultiant, neque lingunt labia, ſed detergunt mappulâ, perungantur.

860. Interim potoria vaſa depromuntur è *repoſitorio*, prælutâque reponuntur in *abaco*: & dum *cellarius* promit merum *hirneâ*, & zythum obbâ, *pincerna* id fuſum è cantharo, infuſúmque poculis, calicibus, vitreis & pateris, porrigit pocillatori, hic autem convivantibus.

861. Tum fiunt *propinationes* & *circumpotationes*, pro ſalute hujus & illius, præbibántque ſibi crateres ad ebibendum ex hauſtu; præſertim poſtquam adbiberunt.

862. Sub extremum tempus luntur patinæ, cum buccellis cruſtis, ſemeſíſque micis, aliis, analectis, apportantúrque *bellaria*, & *ſalgama*: verum nimverò *feſtiva colloquia*, *lepidæ confabulationes*, ſunt pars maria pars lautæ tractationis *lætaque* epulationis; quia intercedente mentione unius poſſunt multa edifſertari liriter.

863.

863. Peracto convivali epulo, surgitur à mensâ, gratesque aguntur ei qui tractavit liberaliter, itúrque domum, si noctu, facibus prælucentibus: quanquam quidam helluones, etiam sumpto antecœnio, & commessati abundè, superingerunt pocœnia, ut se contumulent citiùs.

CAP. XC.

Sepulchrales ritus.

864. Ultimum quod mortales debent sibi invicem, est deductio ex hac vita; cujus non una ratio observatur, hodiéque.

865. Quondam comburebant cadavera, cinerésque (consperſos odoratos liquoribus) condebant propè busta in *urnis*: & nè *manes* oberrarent, faciebant illis justa ferialibus epulis: conductæ verò præficæ deflebant lugubribus lessibus & nœniis, enumerando laudes defuncti.

866. Nos humamus nostros demortuos; qui à nobis complorati, & mox emortuali die lugubriter induti, vel etiam à pollinctore pollincti, includuntur *capulo* (loculo;) adornatúrque funus funestis ritibus; funus nempe impositum *sandapilæ* (feretro) effertur, sandapilariis, siúntque exsequiæ funebri pompâ, cœmeterium versùs (viri incedunt pullati, fœminæ riciniatæ:) ubi sepelitur à *vespillone*, qui & efossa interdum ossa refodit, aut recondit in ossuario.

867. Benè meritis eriguntur altiores tumuli ad sepulchra, vel alia honoraria monumenta, *statuæ*, *epitaphia*, &c. cantantúrque *epicedia*; & recitantur solenniter *encomia*: ita vivi parentamus mortuis (honorifico luctu.)

CAP. XC.

Regnum: ubi lustramen regionis.

868. REGNUM dicitur conciliatio multarum civitatum, & terrarum sub uno capite; inita, eo fine, ut unita virtus sit fortior, ad obsistendum illis, quæ dissipationem adferre possunt.

869. Ibi tria sunt necessaria, 1. *regio ampla*, multorum inhabitatorum capax: 2. *series statuum* ordinata: 3. *sanctio legum* firmata.

870. Bonum est regionem esse redactam sub unum regimen, discluſámque ab aliis *limitibus*; seu nativis, marium,

paludum, desertorum, montium vel fluminum; seu arte factis, putà *concædibus* silvarum, arcibus limitaneis, &c. (Uni *Chinenses*, quod sciamus, discluserunt se à *Tartaria*, muro quadringentarum lucarum, &c.)

871. Intra se regnum dividitur in certos *principatus*, *comitatus*, *dynastias*: ubi si quis absolutè dominatur, est *dominium*: ubi duntaxat jurisdictionem habet, *districtus*: (ditio bello devicta, & nostro imperio adjecta, dicitur *provincia*:) qualescunque autem sunt isti tractus, circumscribuntur regionatim suis limitibus: fruuntúrque minora territoria minoribus immunitatibus; majora majoribus.

CAP. XCII.

Regni administratio.

872. In regno sunt *liberi status*, colligati inter se vinculo statutorum; habentes infra se populum, cui imperant; supra se autem *Regem* vel *Reginam*, cui parent.

873. Primarii inter status sunt *proceres*, *comites*, *marchiones*, *duces*, *archiduces*, *dominantes* instar regulorum in suis comitatibus, marchionatibus, ducatibus; habentésque sub se *dynastas*, *barones*, *equites*: possessores scilicet dynastiarum, baronatuum, prædiorúmque, sive mancipi, sive ut vasallos, jure feudi.

874. Populus obedit suis superioribus per omnia, penditque *census*, *tributa*, *vectigalia* quandoque & *capitationem*, nempè ipsorum *quæstoribus*, *tabulariis*, *publicanis*; sed imperantibus libeat sic imperare, ut collubeat & subditis obedire, citra querelas & coactionem: non sunt attenuandi *angariis*, exhauriendíque *exactionibus*: potiùs deliniendi *congiariis* & *donativis*: excarnificare suos est tyrannis.

875. *Rex*, aut hæreditario capescit sceptrum, (ubi jus illud regii stemmatis est, ut primogenitus succedat) aut eligitur liberis votis *ordinum* sede vacante, accipítque coronam cum homagio; posteaquam tempore interregni gubernatio administrata fuit, per *interregem*.

876. Residens autem rex in sua regia (plerumque in *metropoli*,) delegat quaquaversum vicarios, præfectos (satrapas) fiscales, administratorésque alios; quin & ad exteros legat legatos, qui instructi authen-

authentico diplomate, rei sibi commissas gerunt.

877. Circa se domi habet *consiliarios intimos*; *aulæ magistrum*; *marescballum*, &c. *Cancellarius* est cognitor causarum ad regem devolutarum, custósque sigilli, archivi, tabularúmque publicarum: cui additi sunt *secretarii* & *amanuenses*: superiores ministri sunt *dapifer*, *pocillator*, *thesaurarius*, *stabuli magister*; inferiores autem, *cubicularii*, *atrienses*, *celeres*, *stipatores* & *speculatores*: (sed reverâ non tam satellites tutantur principem, nec tam locupletant fisci reditus, aut repositæ gazæ, quam amor provincialium.)

878. Usus *eunuchorum* in gynæceis, obsolevit apud nos; utinam & *morionum*, *gnathonum*, *nugigerulorum*, & *sycophantarum*!

879. Cùm rex exhibet se pro *Majestate* sua (præsertim legatis exterorum, admittendis ad audientiam: aut dimittendis cum honorario,) sedet in *ebureo solio*, magnificè vestitus *tiarâ* & ornatus *diademate*, stipatúsque frequentiâ *aulicorum*.

880. *Comitia* aguntur in negotiis concernentibus totum regnum, ad quæ convocatur *nobilitas*, civitatúmque *primates*: ubi alii præ aliis habent prærogativam suffragii: nemo autem debet invitus suffragari, vel refragari; sive sanciendo est quædam nova lex, sive abroganda vetus, aut novanda mónera, aut ineundum fœdus, bellúmve decernendum.

881. *Reges* magni appellant se *monarchas*, & *imperatores*, regnántque ferè soli, absolutè: quanquam *Romani Cæsares* soliti sint legere sibi *collegas*; sed nunc (in Romano-Germanico imperio) eligitur unus ab Electoribus, quorum nuncius nuper est adapertus.

CAP. XCIII.

Turbæ regnorum, & bella.

882. Status pacatus est optatissimus, sed haud nonnunquam, aut nequeat obtineri, nisi vi armorum, sive quòd gentes finitimæ invadant nostra (movendo lites de communi) sive quòd potentes involvant populos bellis (contendendo inter se de eminentia,) sive quòd etiam domi motus suboriantur, non aliter compescendi, quàm vi.

883. Pura

883. Puta quum superiores tyrannicè intentant inferioribus jugum servitutis; hi autem censent dimicandum esse sibi pro libertate, vel deficiendum ad alium dominum: aut quum factiosi quidam turbatores (propter privatas simultates, alio tamen quopiam prætextu) disseminant clandestinas conspirationes, & moliuntur concitare conjurationes, tumultus, seditiones, rebelliones, atque sic bella intestina.

884. Ut tamen anteveniatur *bellum*, nihil non tentandum est, domi forísque: nempè depaciscendum cum confinibus, compactáque subindè renovanda: domestici autem continendi, sub æqualitate jurium, nec permittendæ injuriæ in quenquam; apprimè observandi inquieti, proclives ad novationem rerum, & callidi causari quidvis, nò quid obtendere queant suis molitionibus.

885. Nihilominus coortâ conturbatione, solet reconciliatio requiri per internuncios; aut interpositio vicinorum, quâ tumultuosi dimoveantur à pravis consiliis; aut mittitur *caduceator* ad hostem ipsum, qui petat pacem, præsertim si quis arbitretur se imperatum, aut imparem hosti, quandoquidem temerarium foret, objicere se imbellem bellicoso, inexercitatúmque exercitato.

886. Si tamen minax hostis renuit *pacificationem*, missóque feciali clarigat (hoc est, denunciat hostilitatem) cogitatur quàm primùm de intercludendo illi aditu, & de bellico apparatu, qui multa apposcit: *militem*, (tùm indigenam, tùm extraneum sicundè haberi potest,) auxiliáque fœderatorum, & commeatum, & dapsum sumptus.

887. Itaque *stips* cogitatur emittuntúrque oppidatim *conquisitores*, qui colligant militaturos, conducántque de auctoramento: quos conscriptos, & deductos diribitorium ad armilustrium *diribitor* lustrat viritim, bitóque delectu obstrinxit sacramento, & sic authorat.

888. Tum instruit armatos alios levi, alios gravi: valeant & defendere se & impetere hostem animo capiti offert *galeam* (subducto cudone;) pectori adoperit *ferreum thoracem* (cataphractus;) tamen circumquáque lori

tur;) sinistro bracheo *clypeum* vel scutum, dextræ verò *hastam*; lateri accingit *gladium*, vel appendit baltheo, ut promptiùs stringatur è vagina; evaginatúsque recondatur faciliùs capulotenus.

889. Dehinc concenturiat *exercitum*, per *legiones* & *vexillationes*: dùm redigit equitatum in *turmas* chlamydatas, peditatum in *cohortes* sagatas, utrósque autem in *contubernia* (seu *decurias*) præficítque decuriis *decuriones*, centuriis *centuriones* (nempè equestribus *magistros equitum*, pedestribus *magistros peditum*) millenis *chiliarchas* (sive tribunos;) tandem omnibus paludatum *imperatorem*.

890. Adjuncti horum sunt, *locumtenentes*, *vexilliferi*, & *campiductor*, quorum quisque si vult ascíscit sibi optionem, ad curandum res suas privatas.

891. *Dimachæ* & *volones* aggregantur tàm equitatui quàm peditatui; *tyrones* intermiscentur *veteranis* (postquam præexercitati fuerint prælusionibus;) *lixæ* & *calones* (caculæ) addicuntur servitiis.

892. Rebus sic dispositis, suscipitur quantocyùs *expeditio*: *metatórque* metatur castra tali loco, qui commodus sit frumentationi, & pabulationi, aquationi item & lignationi: hic ponuntur *tentoria*, figuntúrque paxillis, útque *stativa* sint ab incursionibus tuta, circumvallantur aggeribus.

893. Instituuntur tamen excubiæ per certas stationes: nec undè superveniens inopinato hostile agmen pessundet incautos: datúrque tessera à *præfecto vigilum* (tesserario,) quâ sui se recognoscant.

894. Interea emittuntur *speculatores* & *exploratores*, qui observent hosticas machinationes, reducésque referant visa & audita: insimúlque fiunt catervatim excursiones, obviaturæ depopulantibus, ubicunque occurrentibus.

895. Quum tandem copiæ deducuntur ad *prælium*, ordinantur in *aciem* (cuneatam vel quádratam) sic, ut *pedites* occupent medium, *equites* sint alarii: *signiferi* autem ferunt signa inter medias catervas, quos præcedunt *antesignani* cum romphæis; *timpanistæque* strepitu tympanorum, & *aneatores*

tores clangore tubarum & lituorum canunt classicum: *duces* autem circumequitantes inflammant ad strenuitatem, hortatibus & obsecrationibus.

896. *Velites* usitatè incessunt hostem, & velitando faciunt initium pugnæ: mox concurrunt legiones *primipilorum*, pugnántque truculenter cominus & eminus, sive pugna sit stataria, sive gradaria.

897. Olim ejaculabantur lapides in longiùs dissitos: *funditores* è fundis, *balistarii* è catapultis; posteà *sagittarii* promentes sagittas è pharetris, imponebant arcubus, hósque nervo, tendentes & dimittentes arcebant eminus ingruentem hostem, ac protelabant: hodie *sclopetarii* onerant *sclopeta* nitrato pulvere, plumbeísque globis, post displodunt & transverberant obvios.

898. Propiùs distantes irere prohibentur *pilis* & *sarissis*; irruentes nihilominus trajiciuntur *lanceis*, & *bipennibus*, magno nisu vibratis.

899. Proximi proturbantur *calis* & *clavis*; vel cæduntur *ensibus* & *semispathis*, vel obtruncantur acinacibus; quin & punguntur *frameis* & *pugionibus*, sitque miseranda *strages*, dùm hinc vel illinc promiscuè cadunt, & conculcantur atque proteruntur, cum horrendo ejulatu.

900. Novissimè producuntur *triarii* & *prætoriani*, conflictúsque redintegratur, dúmque *succenturiati* invadunt hostem ex insidiis, disturbant ipsa aciem, fugant, insectantur, contrucidant.

901. Qui terrore percussi quærunt evadere, elabi, diffugere; si diffugii spes non est, dedunt se, ut capiantur: sed qui cædem & captivitatem evaserunt, palantur dispersim donec aggregentur à suis, aut inveniant confugium.

902. Quando nox dirimit pugnam, canitur receptui, victórque miles diribit prædam & manubias devictorum: ut hostis dimicationem redeat spicetur, recollectis suis dissipatis.

903. Rebellis urbs, vel arx, (in quam profligati se receperunt) cingitur copiis, obsidetur, obvallatur, oppugnatur, donec expugnetur, hoc est, occupetur, aut recuperetur.

904. Hic adhibentur ma-

tifa

multifarii machinatus: aliquando scanduntur muri furiali impetu, admotis scalis, vel advolutis ambulatilibus turribus, è quibus demissâ *exostrâ* (arrectario ponte) oppugnatores insiliunt muros.

905. Aliàs diruuntur adactis *arietibus*, vel libratis saxis è *ballistâ*: hodiè demoliuntur firmamenta quæcunque è fulmineis *tormentis*, locatis post cratitias gerras (terrâ oppletas.)

906. Est quoque inventum instrumentum dirumpendi violenter portas, *pilocastrum* (impetarda,) excogitantúrque in dies alia *vaframenta* (stratagemata:) inprimis *suffossiones*, sive occultæ, per subterraneos *cuniculos*, sive apertæ, sub *pluteis*.

907. At obsessi relinquunt nihil intentatum, ut se defendant: extruunt antemuralia propugnacula; & hæc præsepiunt sudibus (ad hostem accessu excludendum) aut spargunt per submœniana *ferreos aurices*: & superfundunt irrumpentibus ardentem picem: intus item opponunt diruptioni murorum abscissiones per novas foffas, ut introrumpentes reperiant præcipitia nova.

908. Solent etiam præsidiarii, propugnantes castrum, facere eruptionem, & tentare an queant abarcere suos obsessores: sed repelluntur, & debellantur majore vi, donec angustati, aut deficiente commeatu, & quando nulla spes est suppetiarum, deditionem tractare incipiant, petentes *induciας*: quæ panguntur ad aliquot horas, aut etiam prorogantur, datis utrinque secus *obsidibus*.

909. Qui se submittunt pactitiâ deditione, nanciscuntur conditiones honestas: sed vi expugnata civitas diripitur, aliquando deletur ad internecionem, & sic desolatur funditus.

910. Obtentâ victoriâ; victores reveniunt à militia onusti spoliis, erectisque trophæis, & jubilantes ac ovantes, aut etiam triumphantes: *triumphus* enim agitur solennissimâ pompâ.

911. Ubi *strenui* (quorum virtus principaliter emituit) nobilitantur, condecorati insignibus ob heroica facinora; *fauciі* sanantur, *captivi* redimuntur aut liberantur permutatione, atque ita redeunt postliminiò ad sua: contrà *exulbo-*

res turbarum (cum perfidis defectoribus, proditoribus, perduellibúsque) plectuntur, desertoréque commilitonum, & transfugæ puniuntur.

912. Ultimò miles distribuitur in *hiberna*: aut exsolutis stipendiis, (quantum quisque promeruit) exarmatur & exauctoratur; emeritíque rude donantur: qui autem pro patria occubuere, afficiuntur panegyriçis & adorea.

913. *Navale prælium* est terribilius: cùm infestæ classes tormentis sese quassant, *classariique* ipsas militares naves perforant, incendunt, profundo absorbent; aut captivant injectis harpagonibus, & uncis, &c.

914. Hîc *prætoria navis* dicitur, qua vehitur *archithalassus*; *præsidiaria* quæ excubat; *speculatoria*, quæ excurrit ad explorandum; frumentaria, quæ advectat commeatum, &c.

915. Utinam autem obsoleſcant hæc opprobria nostri generis, mundíque disperditio, *bella!* nihil enim usquam est tam sacrum & inviolabile, támque celsum, munitum, impensum, aut immensum, invictum aut inexpugnabile, quod vis belli non violet, infirmet, infringat, subruat, atterat, vastet, exscindat, aboleat; ut documento sunt tot urbes & regna, regnatoréque ipsi; cum suis innumeris exercitibus, modernáque vastitudo & proles in Europa ruinæ.

CAP. XCIV.

RELIGIO.

916. Quandoquidem spectator fuisti hucusque quomodo homines tractent *res* & *seipsos*; restabit videre actiones eorundem *reflexas in DEUM*.

917. *Animus* namque hominis præsentiscit, quemadmodum ipse regit suum corpus inesse quandam *æviternam mentem*, quæ moderatur hoc UNIVERSUM: cui ut placeamus, esse illa cogitandum sanctè, & faciendo illi grata, & sic *expectandam* ab illa *retributionem*.

918. Omnis igitur *religio* resolvit se occultè in tres *fidem in Deum, reverentiam eum*, & *spem misericordiæ*: quisquis curat, habetur *religiosus*; qui non curat, irreligiosus; qui præposterè curat, *superstitiosus*.

919. *Atheismus* est, non credere numen; *Epicureismus* colere ventrem pro numine.

Sadd-

Sadducismus, non exſpectare immortalitatem ab immortali.

920. Aſt quia ſciri de Deo nequit, niſi quod ipſemet de ſe revelaverit, hinc eſt, quod omnes gloriantur de *revelatione* aliqua; ſive comprehenſâ libris, ſive acceptâ à majoribus per traditionem: rurſúmque omnes congruunt in eo tacitè, quod optima religio ſit, *credere quæ Deus revelavit*, & *facere quæ mandavit*, & *ſperare quæ promiſit*.

921. Tandem, tametſi Deus colendus ſit ſpiritu, aſſentiuntur tamen omnes, neceſſarios eſſe externos quoſdam *ritus*, quibus excitemur ad internum fervorem, eóque obſervant quoſdam ritus omnes.

922. *Diverſitas religionum* nihilominus eſt magna: quæ venit partim ab ignoratione revelationum, partim à diſcrepante interpretatione earundem, partim à conſictione quarundam, & ſic admiſtis commentis, ac impoſturis.

923. Principales ſunt quatuor: ſed harum quælibet diſſecta in minores ſectas: *Gentilis*, *Judaica*, *Chriſtiana*, *Mahomedana*; habens quæque ſuum *authorem*, ſuos *revelationum* libros, ſuóſque *ritus*: cujus ſcopuloſi quadrivii hiſtoricam narratiunculam en accipe.

CAP. XCV.

GENTILISMUS.

924. Qui nos condidit, revelavit ſe primùm primis parentibus, dato illis mandato, cum interminatione, de abſtinenda quadam arbore (ut meminiſſent ſe debere obſequium ſuo condivori:) ſed invidioſus ſpiritus inſuſurravit eis, ſi vellent eſſe tanquam Dii, ut veſcerentur de fructu vetito: quod illi, eheu, fecerunt, affectantes paritatem divinitatis.

925. Sed lapſi, agnovere reatum, erubuere nuditatem, condemnatique ad pœnas, & ex *Paradiſo* ejecti, acceperunt permiſſionem adverſus deſperationem, de venturo *ſemine mulieris*, ad conterendum caput *deceptoris*: quamquam & ipſum eſſet atterendum ad redimendam culpam.

926. Cujus promiſſi ut poſſent commeminiſſe, (quomodò *mors morte delenda* foret) mox agni mactabantur, ad conficiendum indumenta contegendæ nuditati: quæ fuit prima *origo ſacrificiorum*, & ſcopus.

927. At inconsiderantia hominum retinuit *ritum* sine significatione, offerendo *hostias* sine fide in redemptorem, & quærendo placare Deum opere operato, ut in *Caino* paruit: quæ hic fuit prima exitiabilis erratio.

928. Subiit alia: quod attentarunt præsentiam invisibilis *numinis* repræsentare visibilibus signis: sive animatis, ut *Ægyptii* (qui quod *animal* primùm conspicati fuerant manè prodeuntes, illud habuerunt venerabile eâ die, loco Dei,) sive inanimis, ut qui se incurvabunt *soli*, *lunæ*, *stellis*, *arboribus*, &c. sive denique *idolis*, à se effictis.

929. Undè demùm stupiditas invasit animos, commentandi pluritatem *deorum* quorum tot confixerunt, ut singulæ gentes haberent peculiaria numina: Babylonii *Baal*: Sidonii *Astaroth*, Ammonitæ *Chamos*, Philistæi *Dagon*, Accaronenses *Beelzebub*, alii alia.

930. *Græci* commenti sunt innumerabiles *deos* (cum deabus,) superos, inferos, & medioxumos: non tantùm partiti inter illos munia gubernandi mundi: sed & imaginati jugales thalamos, carnalémque genituram, imò & bella, non minus impiè quam insulsè.

931. *Romani*, rati colendos sibi esse quoscunque usquam gentium coli audierant, extruerunt templum *Pantheon* dictum: diviserúntque in deos majorum gentium, (*Jovem*, *Apollinem*, *Mercurium*, *Neptunum*, *Vulcanum*, *Martem*; deásque *Junonem*, *Minervam*, *Dianam*, *Vestam*, *Cererem*;) & deos minorum gentium, (*Plutonem*, *Castorem*, *Pollucem*, &c.)

932. Demortuos heroas & heroinas accensebant quoque divis, quasi evectos in cœlum suis meritis, quos vocabant *indigetes* & *semideos*: ut *Herculem* domitorem monstrorum; *Liberum* (Bacchum) vini inventorem; *Æsculapium*, medicinæ repertorem; Musas, artium liberalium inventrices, &c.

933. Sensatiores excusabant hanc multitudinem deorum; dictitantes unum esse *deorum Deum*, *Jovem*, reliquos ejus progeniem: alii censuerunt sic variè appellitari divinas virtutes.

934. Habebant & sua oracula, edita ab illusore spiritu Vejove, (emittentes voces ex idolis:) alii fingebant colloquiū cum aliquo deo vel dea, an-

con-

conciliarent authoritatem suis statutis, (sicut *Numa Pompilius*:) tandem jactitabant quosdam libros *Sibyllinos*, continentes vaticinationes varias.

935. Ad sacrificandum suis *deastris*, congregabant se in *lucis*, excelsisque locis, ubi extruebant *aras & delubra*: sacrificuli eorum, Romanis dicti fuerunt *flamines*, illorúmque summus præsul *pontifex*; cùm consecrabant fana, dicebantur inaugurare; cùm redigerent ad profanos usus exaugurare.

936. Ut expiarent piacula, aspergebant se lustrali aquâ; & flagellabant flagellis, quin & incidebant lanceolis, ad sanguinem usque; crudelissimus Satan, *Moloch*, poscebat sibi concremari vivos infantes.

937. Festos dies agebant dissolutissimè: præsertim *Bacchanalia*, indulgendo genio: & *lupercalia*, discurrendo nudè; & *compitalia*, circa viarum compita tripudiando, &c.

938. Supersunt etiamnum vecordes *Idololatræ*; qui pro vivo DEO colunt quidvis commentitium: *Indi quidam* cacadæmonem ipsum, studio placandi furorem ejus: (litemus ei, inquiunt, non ut prosit, sed ut nè noceat: hem dementiam!)

CAP. XCVI.

JUDAISMUS.

939. Invalescente idolomania, evocavit Deus *Abraham* è medio idololatrarum, intimavítque ei, se solum esse Deum *Schaddai* (*omnisufficientem*) ut *sibi serviat cum sua posteritate, è qua proditurus esset* Messias *in quo benedicerentur omnes gentes terræ*: à quibus eum tantisper discrevit signo *circumcisionis præputii*.

940. Posteà dedit illis (per manum *Mosis*) tripartitam legem, *moralem, ceremonialem, forensem*.

941. *Moralis*, est immutabilis norma interni cultûs: cujus summarium est decalogus, quem Deus ipse cœlitùs detonuerat, edicendo sic: *Non esse colendum aliud numen præter se: non effigiandum se simulachris; nomen suum sacrosanctè venerandum; sabbatum religiosè feriandum, progenitores ac nutricios honorandos; non temerandum esse ullius hominis vitam, aut pudicitiam, aut facultates*

cultates, aut famam, aut quidem concupiscendo quidquam illicitè.

942. *Ceremonialis* fuit quâ præscribebatur ratio externi cultûs per varias *ceremonias, præumbrantes futuram veritatem:* 1. ut, quod voluit esse únicum *sanctuarium*; 2. & in illo unicum *altare*; 3. cum unico jugiter continuato *igne*; 4. unicóque *summo sacerdote*; 5. item unicâ *arcâ fœderis*, &c. 6. omnia hæc ad præcidendam occasiónem *polytheiæ*; 7. adumbrationémque unici sacrificii pro peccatis mundi, &c.

943. Voluit & frequentari congregationem populi generalem, ter anno, festo; 1. *paschatis*, 2. *pentecostes*, & 3. *scenopœias*; in memoriam 1. *paschalis agni* (cujus sanguine liberati fuerunt à percussore angelo;) & 2. *datæ legis*: & 3. quadragenariæ conservationis in *eremo*: & ut insuescerent agnoscere Deum, ut suum 1. *conservatorem*, 2. *redemptorem*, 3. *sanctificatorem*: fuitque additus *sabbatismus annorum, & annus jubilæus*, typus futuræ universalis restitutionis.

944. *Sacrificia* jussit offerri vel 1. *eucharistica* (ad testificandam pro beneficiis gratitudinem:) quæ constabant ultroneis oblationibus, sive [illegible]sculentorum & poculentorum, dicebatúrque *libatio*; sive animalium mactandorum, *pacifica hostia*: vel 2. expiatoria, pro expiandis peccatis; quorum quod offerebatur pro omnibus peccatis generatim, combusti one totius victimæ, dictum fuit *holocaustum*; pro delicto admisso ignoranter *piaculum*; pro reatu commisso scienter, licèt ex infirmitate, *supplicamentum*: sed & 3. voluit adoleri *thura*.

945. Jussit insuper deferri *primitias*, & *decimas* proventuum sacratis personis (*sacerdotibus*, eorúmque cooperatoribus *Levitis*,) in eorum sustentationem; abstinere ab immundis cibis, omníque *sanguine relicto ad expiandum animas* (Levit. XVII. 11, 12.) &c.

946. *Forensis lex* spectabat coërcitionem refractarii populi: hinc constituta capitalis pœna *apostatis*, *blasphemis* & *pseudoprophetis*, rursúmque *asylis* illis, qui nolentes admisissent eædem.

947. Quoties deviabant, submittebat *vates*, afflatos suâ inspiratione, per quos com-

mon

manifestabat pœnitentiæ, obstinatos autem castigabat variè: donec & (secundùm comminationes) abjecit & disjecit, ut jam destituantur templo & sacerdotio; retinent tamen umbram avitæ religionis (jam pridem depravatæ per Samaritanos, Pharisæos, Sadducæos, & Essæos) peragúntque sua sacra in synagogis.

948. Nunc sunt divisi in duas sectas: nostrates hic vocantur *Judæi*, quia ex tribu Juda (post ultimam vastationem Hierosolymæ à Romanis abducti in captivitatem, & dispersi per Europam;) Asiani sunt reliquiæ decem tribuum *Israeliticarum*, longè ante transportatarum in Assyriam, inter quos & hos nostros implacabile odium est.

949. Nam nostri sunt progo *Pharisæorum*, sequuntúrque traditiones majorum, comprehensas libro Talmud, conscripto à Rabbinis: illi alteri tenent sola scripta prophetarum, ideóque dicti *Karæi*, hoc est, scripturarii; utrique expectant adhuc Messiam, (licèt signa adventûs ejus pridem præterlapsa sint,) utque nè diutiùs emaneas, agunt sæpè jejunia cum planctu sese humiliantes in cilicio & cinere, & implorantes commiserationem Dei *Abrahami*, *Isaaci*, & *Jacobi*.

CAP. XCVII.

CHRISTIANISMUS.

950. *Christiani* sunt qui credunt promissum *Salvatorem* jam venisse, eúmque esse *Jesum Nazarenum*, rejectum à Judæis ob minus pompaticam conditionem: quia vident divinitus factas prædictiones in illo adimpletas omnes.

951. Putà quòd natus sit prænunciato tempore, *post ablatum sceptrum à Juda*: in loco quem nominaverat os Dei, *Bethlehemi*, & è domo *Davidis*; & ex matre *virgine*, *Maria*; quòd potens fuit verbo & opere, ediditque signa verè divina; & vixit vitam sanctissimam, prorsus immaculatam; & morti adjudicatus innocens, solâ invidiâ, sustinuit eam patientissimè (propter peccata mundi, sicut prædixerant prophetæ, & præfiguraverant omnes victimæ, & ipse moriturus dixit se tradere animam suam in lytrum, *Mat.* 20. 28. & se sanctificare pro hominibus, ut ipsi sanctificentur, *Joh.* 17. 19. orans pro crucifigentibus se.

&

& ſic vincens omnes tentationes, *novus Adam.*

952. Item, quòd reſurrexit tertiâ die, à mortuis, reverſúſque ad ſuos redivivus, aſcendit in cœlum illis inſpectantibus, indéque demiſit *ſpiritum paracletum* ſuper ſuos (juxta factam promiſſionem:) quos inſtructos dono linguarum emiſit ad gentes, ut nunciarent verbum, per quod mundus erat factus, incarnatum fuiſſe, & habitaſſe in nobis; peractóque opere redemptionis rediiſſe ad patrem, indidémque reverſurum ad judicandum vivos & mortuos: ut quicunque recipiſceret & crederet, baptizaretúrque (in nomine *Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*) ſalvaretur.

953. Et quòd huic inermi prædicationi cooperata fuerit virtus ex alto: quia utut Apoſtoli (oculati illi teſtes omnium) crudeliſſimè interneca-bantur, unà cum ſuis aſſeclis; devicerunt tamen martyres, & mundus occubuit, porróque etiam gentes convertuntur virtute crucifixi ad *Deum Abrahami*, accepturæ illam benedictionem promiſſam omnibus.

954. Hæc profeſſio facit *Chriſtianos*: habentes canonem ſuæ religionis *Biblia*, hoc eſt, omnes libros ſcriptos afflatu divino, (in *vetere teſtamento*, *Moſis & prophetarum*; *in novo*, *evangeliſtarum & apoſtolorum*:) ex qua plenitudine revelationum poteſt promanare ſublimitas fidei, ſanctitudo vitæ, excellentiáque ſpei, præ omnibus antehabitis.

955. O igitur felices Chriſtianos, ſi norint ſua bona, & ſe compoſuerint ad exemplar ſui præceſſoris! Habent enim ante ſe luculenter, quid *credendum ſit*? nempè quæ dominus docuit; & quid *faciendum*! nempè quæ dominus fecit, (exinaniendo ſeipſum, & reſignando propriam voluntatem; & ſubdendo ſe *Deo* ad faciendum & patiendum omnem ejus voluntatem;) & denique *quid ſperandum*? nempè quæ Dominus conſecutus eſt poſt ſuum exinanitionem *glorioſam reſurrectionem*, & *vitam æternam*.

956. Hæc eſt breviſſima ſumma Chriſtianiſmi, & perfecta, ſimúlque compendioſa via cœli, quæ docetur ſummatim in ipſa *catecheſi*: quia *ſymbolum apoſtolicum fidem format*, *charitatem decalogus normat*; oratio

oratio dominica provocat spem, quam sacramenta obsigillant: quæ omnia omnes habent, tametsi dispariliter.

957. Cœlestis quidem magister commutans umbras Mosaicas veritate (nè inanes essent) & explanans salebrosam viam legis in sanctam viam Sionis (per quam nè quidem stulti errarent, *Jes.* 35. 8.) revocavit totam *moralem legem* ad unicum præceptum dilectionis; & *totam ceremonialem* ad ritum *baptismi & eucharistiæ*; (illum *sacramentum regenerationis* nostræ, hanc *nutritionis* ex illo:) totam denique forensem ad institutum *ecclesiasticæ disciplinæ*, consistentis in admonitione, correptione, excommunicationéque *vi clavium cœlestis regni*: quas reliquit ecclesiæ: Christiani tamen prolapsi sunt in disceptationes super his.

958. Vis ergò videre *dissensum* circa ista; multus est sanè, proh dolor! etiam in *adiaphoris*: commemorabo quædam, in quibus est consensio aut dissentio.

959. *Diem Dominicum* in quo resurrexit Dominus, omnes agunt festum; cæteras anniversarias festivitates dividunt in *stativas* (statas,) & *conceptivas*: illæ recurrunt quotannis iisdem mensium diebus, ut *natalitia Christi*; & reliqua *immobilia festa*: hæ mutant diem; ut *pascha*, & dehinc *pentecoste*, & alia *mobilia festa*: sed & admittunt imperativas ferias, indictas interdum publicis jejuniis & supplicationibus.

960. Cùm *feriatus dies* illuxit, pientiores præparant priùs sacris exercitiis se & suos domi; conveniúntque dùm cœtus convocatur pulsu campanarum; ubi ædituus pandit januas sacræ ædis, & chorus cantorum decantat ad pluteum *psalmos, hymnos, & spiritualia cantica*; simul accinente populo & assonante concentu organorum (musicorum) ubi habentur.

961. Mox *concionator* prodit ex adyto (sacrario) & de cathedra (devocans priùs gratiam Sp. S.) prælegit *biblia*, & dilucidat paraphrasi: jam catechisans rudes; jam exhortans peccatores ad resipiscentiam, terrefaciénsque refractarios, & sic prædicans *legem*; jam consolans contrita corda, per merita & satisfactionem Christi, & sic annuntians Evangelium.

962. Finitâ concione, peractisque precibus ac *litaniâ*, Ecclesiastes dimittit concionem, faustâ apprecatione ac denunciatione benedictionis: sæpè tamen absolvendo pœnitentes, administrat sacramenta; impœnitentes autem excommunicando, excludit participatione.

963. Incorporandi Christo & ecclesiæ *baptizantur* etiam infantes: sed quos edoctum iri mysteria fidei, fidejubent pii ad hunc actum exorati; quos postea baptizati vocant suos *susceptores*, ipsorum autem parentes, suos *compatres* & *commatres*.

964. Reperiuntur tamen, qui tales rebaptizant, indè dicti *Anabaptistæ*, opinati infructuosum esse *pædobaptismum* ab insciis susceptum: qui suis conferunt baptismum nonnisi adultioribus, professis fidem & obedientiam ore suo, dùm se scientes volentes devovent Christo: *Abissini* rursùm iterant baptisma quotannis, superadjiciúntque ei circumcisionem; *Copthitæ* & *Suriani* addunt baptismum ignis, inusto charactere crucis: alii superaddunt exorcismum & chrisma: alii denique immergunt baptizandos flumini; alii conspergunt solum aquâ, ad baptisterium.

965. Et quia Christus daturus se morti pro nobis, sanxit (loco *paschalis agni*) *cœnam novam*, in qua mandavit fideles suos cibari carne suâ, traditâ pro nobis in mortem; & potionari sanguine suo, effuso in remissionem peccatorum: recolunt omnes celebrationem hujus sacrificii, quam non sine exprobratione sibi invicem discrepationis, sententiarum & ritnum.

966. Si spectes ecclesiasticos ordines: *pastores* apostolorum tempore pascebant ecclesias; *doctores* invigilabant puritati doctrinæ; *seniores* attendebant exercitio disciplinæ; *diaconi* curabant collectitias, eleemosynas, erogabántque inter egenos: sed postea gradus aucti fuerunt, ut *hierarchia* Græcæ & Latinæ ecclesiæ apparatissima facta sit: ubi nemo admittitur ad *clerum*, nisi ordinatim ascendens.

967. Nam primùm initiantur *ostiarii*, dehinc *exorcistæ*, tum *lectores*, mox *acoluthi*, postea *diaconi*, tandem *presbyteri*: quibus potestas datur faciendi *missum*, audiendíque *auriculares confessiones*, & conspergendi

di ſuſtrali aquâ (aſpergillo ex aquiminali hauſtâ) & ungendi moribundos, copulandique novos nuptos.

968. *Sacellani* præficiuntur minoribus ſacellis; *parochi* uni parœciæ, quarum plures conſtituunt *diœceſin* (ſeu epiſcopatum:) epiſcopatui verò præeſt *Epiſcopus*, cum ſuis canonicis & ſuffraganeis: & aliquot epiſcopis, *archiepiſcopus*: quibus rurſùm ſuperior eſt *patriarcha*: ſummus autem inter hos *papa* cum *cardinalibus* ſuis.

969. *Monachi* inhabitant monaſteria, profeſſi ſpontaneam paupertatem, & caſtimoniam, & obedientiam, ſecundùm certam regulam: quibus præſunt *antiſtites* (ſcilicet abbates vel præpoſiti;) monialibus verò *antiſtitæ*, ſeu *abbatiſſæ eremitæ* tenet ſe in eremo.

970. Invehentes diſſidia, & diſcidia vocantur *ſchiſmatici*: deficientes à fide, *apoſtatæ*; defenſitantes pertinaciter erronea dogmata, *hæretici*; ipſi verò authores hæreſium, *hæreſiarchæ*.

971. Cujuſmodi ſcandalis quoties obviandum eſt, convocatur (priſtino more) *ſynodus provincialis* vel *nationalis*, aut etiam *concilium œcumenicum*: ubi congregati *ſummates orthodoxi*, aſſertoréſque catholicæ fidei, determinant controverſias, componúntque *ſchiſmata*, & dicunt *anathema* blaſphemantibus: quæ tamen ſunt ſupra captum, relinquunt indeciſa; & quæ non poſſunt emendare, commendant Deo.

CAP. XCVIII.

MAHOMEDISMUS.

972. *Mahomedani* ſunt, qui recipiunt tertium magnum prophetam (poſt Moſen & Chriſtum) *Mahomedem*: qui cùm eſſet homo bellator, regnorúmque affectator, ut mundus religionem haberet facilíorem, quam illi viſus erat Judaiſmus, oneroſus ceremoniis, & Chriſtianiſmus, ſcrupuloſus ſublimitate ſenſuum; introduxit novam miſcellaneam ex utraque.

973. Ubi inſtituit feriaticum diem eſſe ſuis ſectatoribus, *Veneris diem* (quod eâ die homo creatus eſſet;) & precari atque ablui quinquies de die; interdixit verò iſſdem ſuilla & vino; indulſit contra polygamiam, promiſitque poſt obitum corporeas voluptates in paradiſo

974. Doctrinam suam descripsit *Arabicè Alcorano* (diviso in *azoaras* 114. & continente, præter fragmenta legis & evangelii, additamenta quædam) quam interpretantur illorum *mystagogi*, dicti *Talismanler* & *dervisi*; quorum supremus *muffti* est.

975. Dissident ipsi quoque *Musulmanni* (seu *muslimi*: ita enim seipsos nuncupant) dùm alii volunt solùm *Ali* authenticum interpretem Alcorani; alii sociant huic *Ebubecar*, *Aomar*, *Osmar*: & hoc est, quapropter Turcæ cum Persis adeò in bellis sæviunt: alioqui utrique expertes cognitionis rerum, administrantésque res suas tantùm severitate.

976. Deplorandum verò est, nos hic disconvenire, ubi conveniebat esse convenientiam maximam; in advenerando uno illo conditore omnium; nec minùs tamen inconveniens, quod *Libertini* faciunt, velle approbare religiones omnes & sectari quamcunque: subest enim deceptio, Deúsque zelotes vult nos esse ferventes in suo cultu, abesse torporem.

CAP. XCIX.

Providentia Dei, finísque rerum.

977. Aspectásti visibilia: superest ut tibi ostendam ea quæ non possunt spectari, nisi oculo mentis! Ain'? ecquæ illa? *Reconditissimum Illum*, qui essentialiter incomprehensibilis permeat omnia, operatúrque omnia in omnibus: cum occultis exequutoribus consiliorum suorum, *angelis*.

978. Tametsi enim *opitulator* omnium non sit indigus opis, fuit tamen placitum *illi* constituere sibi præveloces administros *providentiæ* suæ, non præpeditos corporali mole: qui mandati obirent mandata, functíque legatione referrent se ocyssimè, & circumstarent thronum gratiæ.

979. Sed pars illorum desciverant ob intemperationem per arrogantiam, súnique deturbati *cœlo empyreo ad orcum*: qui autem perstiterunt, confirmati sunt, nè ampliùs possint labi.

980. Novimus eos distingui nominibus: sed quæ nobis incomperta sunt, præter *Gabrielis*, *Raphaelis*, *Urielis*, &c. malignorum spirituum caput vocatur *Beelzebub* & *Lucifer*.

981. Boni

981. *Boni* associant se piis insensibiliter ad everruncandum mala, & eos protegendum ab insultibus vastatoris, tandémque inferendum animas æternitatis apparent interdum, disparéntque rursùm; non præstringendo oculos, sed reapse.

982. *Mali genii*, cùm apparent in persona alicujus malè demortui, dicuntur *larvæ*; cùm homines proterrent, *spectra*; cùm infesti sunt infantibus, *lamiæ*; cùm tumultuantur per intempestam noctem, *lemures*; cùm famulantur alicui veteratoriè, *lares* & *penates*: justus tamen dispensator omnium, utitur illis quoque ad salutarem piorum probationem, & promeritam divexationem impiorum.

983. Stulti ergò sunt *Epicurei*, facientes otiosum illum perbeatum, quem censent non esse fatigandum tumultu rerum: quem tamen interesse rebus inseparabiliter, arguunt *vaticinia*, & *portenta* ac *prodigia*, præsignificantia ac portendentia ingentes mutationes, toties comprobata eventis, ut scias prænoneri nos ab omniscio.

984. Insani quoque sunt *Stoici*, qui ex connexione causarum naturalium catenánt *fatum*, cui etiam innectunt motorem & rectorem omnium; sic enim res non procedere coarguit, quòd non veniunt semper eadem effecta ab eadem causa; quemadmodum experiuntur astrologi.

985. Denique vesani (excordes) *Machiavellistæ*, qui autumant mundum regi humanis consiliis: cùm tamen negotia (callidissimorum quoque) non sic finiant quomodo inchoant: quin videmus hos tandem infelicitari maximè.

986. Tu firmiter statue, utcunque res nostræ subjaceant vicissitudinibus, eas tamen nec voluntari temerariis casibus, nec constringi fatali necessitate, nec versari humanis astutiis: sed providentissimo consilio ejus, qui prævidet omnia ab æterno, & disponit secundùm beneplacitum suum.

987. *Fors* & *fortuna* nihil sunt; etiamsi dentur fortuiti *casus*: hi enim dicuntur respectu nostri, non providentiæ; quæ tam præscit, quid futurum sit cras, perendiè, & deinceps; atque scit quid factum est heri, pridiè, & abhinc tot annis: quippe prædestinavit omnia bonis in bonum.

988. Insunt ergò *omina* rebus; ac captare præsagia usque quaque, est *superstitio*: si dignabitur manifestare aliquid tibi, qui providet omnia, non latebit tibi: tu ecquæ velis anticipare fata tua?

989. Lætemur potiùs, nos esse curæ *illi*, qui melius novit quid expediat nobis, quàm nos ipsi, habetque amplam facultatem benefaciendi; quippe in cujus manu sunt omnia, & cujus imperio coërcetur ipsa quoque potestas inferorum.

990. Interea tamen faciamus consultò sub metu ejus, quicquid possumus, nè quidquam eveniat nobis fortuitò: si quis nescit rationaliter agere, & competenter fiduciam collocare in *moderatore* rerum, irrequietus est, & expositus infortunio: ex adverso, qui rectè agens non diffidit *illi* fidelissimo, seu illi contingunt bona, seu accidunt mala, sedatus erit, præsumens lætitiam æternantis bonitatis ejus.

991. Adveniet enim *novissima dies*, quâ mundus deflagrabit & corruet, nos autem resuscitabimur: ubi patefient omnia, manifesta & occulta, ratióque reposcetur ab omnibus anteactorum, cogitatorum, dictorum, factorũ.

992. *O ter beatos*, qui tunc habebunt propitium! pascentur enim non *ambrosiâ* & *nectare* (ut fabulati erant ludiones poëtæ) sed absconditis & ineffabilibus suavitatibus, in sempiternum.

993. *At væ illis infelicibus*, qui patrarunt abominanda! detrudentur cum rerum perditore in *gehennam*: excruciandi inenarrabilibus tormentis: vindex enim gloriæ suæ erit judex universorum.

994. Ita erit finis omnium, *salus* aut *exitium*, nunquam desitura; huc eunt omnia, etiam nostrum lustramen mundi.

995. Faxit miserator noster, propter misericordiam suam, ut nunc jam annumeremur *cœlitibus*, quòad hîc sumus sanctè vivendo, & quotidiè suspiriis penetralia cœli penetrando.

CAP. C.

CLAUSULA.

996. Cedò, sodes, si quid superfit! nam eatenus tradita consequutus sum, absit jactantia dicto.

997. Siccine? Macte esto virtute. Euge! subegisti ingenio succinctam synopsin rerum omnium, totiusque Latinæ

æ linguæ: reor nihil esse omissum tantopere.

998. Propera sis, ingredi atrium, pertransitâ *Janua*! ut post simplicem nomenclaturam rerum lustres elegantias sermonum; scientiáque tua fiat tùm locupletior, tùm politior, variis complementis & scitamentis.

999. Admoneo tamen te, loco auctarii, ut agas potiùs potiora, allaborésque esse melior, quàm videri doctior: nè tua scientiola tecum dispereat: quæ quotus quisque advertit? Tu *memento* & *vale*, *vovéque vota Deo*.

1000. *JEHOVÆ Zebaoth, à quo, per quem, & in quem, sunt omnia, æternum individuæ adorandæ TRINITATI, sit honor in secula seculorum, Amen. Hallelujah!*

FINIS.

SYLLA-

SYLLABUS

Scriptorum è Latinis Veterum;

Quorum autoritate voces in contextu Januæ potissimum nituntur.

Sunt autem

Historici, Oratores, Philosophi, Poetæ,

& quidem generis mixti.

Cæsar.
Cato.
Catullus.
Celsus.
Cicero.
Columella.
Curtius.
Florus.
Horatius.
Juvenalis.
Livius.
Lucanus.
Lucilius.
Lucretius.
Martialis.
Mela.
Corn. Nepos.
Ovidius.
Palladius.
Persius.
Plautus.
Plinius utérque.
Propertius.
Quintilianus.
Sallustius.
Seneca utérque.
Silius Ital.
Solinus.
Statius.
Suetonius.
Tacitus.
Terentius.
Tibullus.
Valerius Max.
Varro.
Vellejus Pat.
Vitruvius.

1. ADſit auxilium Altiſſimi!
AbA auſpicatur Abcedarius.

Abdomen abdit alimenta, quæ alvus emittit per anum.

Abies abit *in* altum, altiùs ac alnus.

Abſinthium *eſt* amara *herba*.

Acer arbor acerbis acinis.

Acetum *eſt* acidum, Allium acre.

Sub Acervo Avenæ *manent* acera, ab attritis ariſtis.

Acus *habet* acutam *cuſpidem*, *culter* aciem.

10. Adeps *fluit*, *dum* aſſas anſerem.

Adoleſcens adultus ambit *matrimonium*.

Adulter ac adultera ambo abominabiles, amittunt *ſalutem*.

In Æthere *ſunt* aſtra: *in* aëre *ſpirat* aura.

Æſtas *venit* ante autumnum.

Qui æſtuat, *non* algeat; *præſertim* ambulans *in* aprico.

Ætas *fluit*, æternitas appropinquat.

Ah *homo*! age alacriter, *ut* agas *cum* Angelis *in* ævo.

Æger *eſt* ærumnoſus, affligitur, angitur.

Ager aratur: aggere *munitur*.

20. *Quid* ais? Albus an ater *ſit* *neſcio* (*nocte*): At aurora *detegit*.

1. LEt the help of the Moſt High be profuſe.
An Abcedarian begins at A.

The belly hideth the food, which the entrals ſend forth by the fundament.

A Firr-tree goes high, higher than the Alder tree.

Wormwood is a bitter herb.

A Maple-tree is a tree having ſowre kernels.

Vinegar is eager, Garlick ſharp.

Under an heap of Oats, chaff remains from the rubbed ears.

A Needle hath a ſharp point, a Knife an edge.

10. *Fat drops* [flows], *whileſt thou roaſteſt a Goose.*

A young man grown up ſeeks marriage.

An adulterer and adulteress are both abominable; they loſt ſalvation [health].

In the Sky are Starrs: in the Air, a gale of Wind blows [breaths].

Summer comes before Autumn.

He that is hot, is not chill; eſpecially walking in a Sunny-place.

Age ſlides [runs away as water], *eternity approacheth.*

Ah man! eſt [do] *chearfully, that thou mayeſt live with Angels in eternity.*

A ſick man is full of miſery, afflicted [daſhed], *grieved*, [throttled].

A field is ploughed, fenced with a bank.

20. *What ſayeſt thou? whether he be white or black, I know not by night; but the morning will diſcover.*

Amicus *verus* alter ego: *non* adulatur, arguit aperte.

Amita *me* amat, *sicut* & avus, & avunculus, & affinis.

Amnis *fluit* amœnè, alveò *suo*:

Amphora ampla *habet duas* ansas.

Anchora *non fit ex* argilla.

Anas *natat in* aqua.

Ardea *piscatur in* aquis, *etiam* angues & anguillas.

Ancilla, *tametsi* anca, antlat aquam.

Omne Animal *habet* animam: *etiam* Asinus, Aper, & Attagen avis.

30. *Corpus dividitur* in Artus & articulos.

Habes animum ad artes? attende: Audæ æmulari antiquos.

Arrige aures, audi alios, ausculta: aliena assiduitas acuat *te*.

Anus *habet* annos *non gestat* annulos.

Apes aptant *mel in* alveari, *non* autem ad aram.

Aquila *volat* altè, amplis alis.

Aranea *in* angusto angulo arctat *fila*.

Arbiter æquus æstimat *omnia* ex asse.

Arca asservat arcana: at *non in* area, *sed in* atrio; aut alibi *in* ædibus.

Aries arietat: Agnus *mitis* est.

40. Arx arcet atrocem adversarium, arcubus (*& sagittis*) aliisque armis.

Arundo *non* amat aridam arenam.

Asciat (*fabri*) asserem ascià, ad

A true friend is another Self; i.e. he flatters not, he reproves plainly [openly].

My Aunt loves me, as also my Grandfather, and Uncle, and Kinsman.

A stream flows pleasantly in its channel. (banks.

The large vessel Amphora hath two

An anchor is not made of potter's clay.

A duck or drake swims oft in the water.

An Heron fisheth in the waters for both Snakes and Eels.

A maid-servant, though crook'd-arm'd, pumps water.

Every living creature [that which hath a soul] *hath a soul*: even the Ass, the Bore, and the bird Attagen.

30 *The body is divided into sinews and joints.*

Hast thou a minde to arts? attend: Behold to imitate the Antients.

Lift up your ears [listen], hear others, hearken: Let another's diligence sharpen [make sharpe], thee.

An old woman hath years, doth not carry [carry often] rings.

Bees place fitly [fit] honey in the hiveе, but not towards the altar.

An Eagle flies high, with large wings.

A Spider in a narrow corner doth often make straight webs [threads].

A just arbitrator estimates all things to an assis.

A chest keeps secret things; but not in the Court-yard, but in the porch, or elsewhere in the house.

A Ram butts; a Lamb is milde.

40. *A Castle drives away a cruel enemy, with bows* (and arrows) *and other weapons.*

A reed loves not the dry sand.

A workman hews a plank with an ax',

amussim.

amussim, *ut* assulæ *radant.*

Asilus *pungit* armentum acutô aculeô.

Auceps allicit aviculas astu.

Aulici amiciuntur augustè.

Auriga *ungit* arvinâ axes, *non* autem apsides.

Auster adfert austeram ac asperam *pluviam.*

Avarus avet aurum & argentum: *dúmque* affatim auget æs, autumat *se beatum.*

Sub axilla *quid gestas?* Apage.

B.

50. BAccis *fert Laurus, non* Betula *vel* Buxus.

Bacculus *ad quid in* Balneo? *ut &* Ballista?

Bajulus *habeat robusta* brachia: brevésque braccas; *& ad cingulum* bulgam.

Balbus *&* blæsus *non benè* blaterant.

Balantem *ovem* bestia *lupus vorat.*

Bellua *maxima in sylvis est,* Barrus; *in aquis,* Balæna.

Baro *imbutus* balsamo blandè basiat.

Barbari *sunt* bardi, *& impexâ* barbâ.

Bis beatus, *qui* benedicit *&* benefacit.

Bitumen *aut* bullas *quis* bibat?

60. *Cui* bilis bullit, bacchatur *ut* brutum.

Blatta *arrodit libros,* Bruchus bras-

exactly, that the chips may fall.

And horse-flie stings [pricks] *the herd of beasts with a sharp sting* [prick].

A fowler enticeth small birds craftily.

Courtiers are clothed nobly.

A carter annoints the xle-tree with tallow, but not the straket of a cart.

The South wind brings harsh [sowre] *and sharp rain.*

A covetous man covet gold and silver: and whilest money [brass] *encreaseth, he esteems himself happy.*

What doest thou carry [often carry] *under thy arm-hole? Away.*

B.

50. A *Bay-tree bears berries, not the Beech-tree, or Box-tree.*

To what purpose [to what] *is a staff in a bath? as also a cross-bow?*

A Porter should have strong arms, and short breeches, and a bag at his girdle [budget of leather]

A stammerer and stutterer do not babble well.

The beast the Wolf devoureth the bleating Sheep.

The greatest beast in the woods, is the Elephant; in the waters, the Whale.

A dull-head annointed [embrued] *with balsome kisseth courteously.*

Barbarous men are blockish, and of an unkembed beard.

He that blesseth [speaks well], *and doth well, is twice happy.*

Who drinks clammy-lime or bubbles?

60. *He in whom* [to whom] *choler boyles* [bubbles in seething], *rageth as a brute.*

A Moth eats books, a grass-worm cole-

Sinam ; quæ dentè *condita* butyro *bona est.*

Bombardæ *&* buccinæ *seruiunt bello.*

Bos boat : bubulcus *reboat.*

Bubo *avis est ; non* Bufo ; Bulbus *radix capitata.*

Bucca *magna glutit magnos* bolos.

C.

CHaos *vacuum in* Choantium à C *ut* clareſcat, copulemus cum *invicem, quæcunque* concinnè *possunt.*

Caballus (*ut &* camelus) *fert* clitellas *&* opera, per colles *&* clivos, *&* cacumina *montium.*

Cachinnum *relinque* cerdoni. (*est.*

Cadit canterius *mortuus*? cadaver

Cæcus *non videt* colores.

70. Cædimus *ligna ſecuri, findimus* cuneò, cavamus cœlo.

Cæſaris corona coruſcat clementiâ.

Calamô *ſcribimus in* chartâ & codice.

Calix cupreus cælatur chalybeo cœlo.

Calvus carens capillô *utitur* caliendrô.

In Caligine *opus est* candelâ, é cerâ *vel ſebo.*

Calx *tua* calceô *indusa* calcare *poteſt* calles ; *tamen ſi* capiat callum.

Callésne *ludere* calculis ?

wort ; which mixed [ſeaſoned] *with butter is good.*

Guns and Trumpets ſerve in war.

The Bull belloweth, the cowheard ſoundeth again [belloweth again]

An Owl is a bird ; not a toad ; a Scallion is a headed root.

A great mouth [hollowneſs of the mouth] *ſwallows great morſels.*

C.

THat *the chaos of Words beginning with* C, *may be manifeſt* [begin to be clear], *let us joyn with one another thoſe which may properly* [fitly] be joyned.

An horſe (as alſo a camel) carries pack-ſadles and burdens over [thorough] *hills, and cliffs, and tops of mountains.*

Leave loud-laughter to a cobler. (*kaſs.*

Doth a dead gelding fall? it is a car-

A blind man ſeeth no colours.

70. *We cut wood with an axe, we cleave with a wedge, we hollow with a graver.*

Cæſar's *crown gliſters by clemency.*

With a pen [a reed] *we write in paper, and in a book* [the body of a tree]

A Copper cup [goblet] *is graved with a graver.*

A bald man wanting hair [a buſh of hair], *uſeth a periwig.*

In the dark there is need of a candle, of wax or tallow.

Thy heel having on a ſhoo can tread paths ; although it become brawny [take brawn.]

Doeſt thou know well to play at tables. [with pebble ſtones] ?

Campana

Campana *in* campo *sonat* clarè.	*A bell in the plain field sounds clearly.*
Caminus conciliat cameræ calorem.	*A chimney procures* [reconciles] *heat to a chamber* [an arch of a vault].
80. Cancer *habet* corii locô crustam: & *pro manu* chelas.	80. *A crab hath a shell in a place of an hide; and for an hand claws.*
Cancelli *lignei dicuntur* clathri; & crates.	*Wooden lattises are called* clathri *and* crates.
Canis canus *non* canit, *sed* latrat: *ligatur* catenâ.	*An old* [hoary] *dog doth not sing but bark; he is bound* [tied] *with a chain.*
Nos canimus cantica *&* carmina.	*We sing Songs and Verses.*
Cantharus *fit è* cupro cuso: canistrum è cannis.	*A pot is made of forged copper; a basket of reeds.*
Capsâ *portamus* chartas, corbe fructus, crumena *nummos.*	*In a coffer we carry papers, in a pannier* [or basket] *fruits, in a purse money* [moneys].
Carbo combustus *fit* cinis.	*A coal burnt is made ashes.*
Cardo *forium, &* crepida, crepant.	*An hinge of a door, and a slipper, creek.*
Carduelis *pascitur semine* cardui: captus cantillat *in* cavea.	*A Linnet is fed with the seed of a thistle; being taken, he chirps in a cage* [cave].
Cares culpâ? *ne* cura calumniam *aut* cavilla.	*Art thou without fault? care not for a slander or scoff.*
80. Caries *facit* cassat *nucem.*	*A worm* [rottenness] *makes a nut of no value* [void].
Carpe cerasa & castaneas, non carpô *sed* digitis.	*Gather* [pluck softly] *cherries and chesnuts not with thy wrist but fingers.*
Carum, charum.	*That which is costly, is pretious* [dear].
Caseus *fit in* casa *ex* coagulato lacte: *ex* cremore *lactis, butyrum.*	*Cheese is made in a cottage* [little house] *of curdled milk; of cream, butter.*
Castus *animus* castigat carnem.	*A chaste mind chastens the flesh.*
Caula *habet oves &* capras.	*A fold hath sheep and goats.*
Caupo colat cerevisiam cribrô, *promit* cirneâ.	*A victualler strains ale with a searce, draws it out* [takes out] *in a bowle.*
Causidicus *agit* causam clientis *sui.*	*A pleader pleads the cause of his client.*
Cautus cavet *ne* cadat: *ideò* cautes *non scandit: Nihil sine* causâ *agit;* cedit, consilium celat.	*A wary man takes heed lest he fall: therefore he climbs not ragged rocks, does nothing without cause, yields, conceals counsel.*

Celeri celoce *vehimur* citiùs *quàm* curru *aut* carrô.

100. Celebris (*inclyta*) Civitas *habet* celsa culmina: *& cisternas* crebras; *quæ per* canales confluunt *aquæ.*

Centrum *est*, circa *quod ducimus* circulum circinô.

Centum ceremoniæ citra *usum* certum, *ad quid sunt?*

Cervus *habet* cornua: *dum* compelliturin casses, capitur.

Chordum comportatur *in* cumulum.

Cicada, crabro, culex, *volant.*

Ciconia cicur ciet *sibi alvum* cicutâ.

Cimelium custoditur *in* cistâ.

Cithara *in* choro cantantium *est.*

Clangit *tuba* convocans classem.

110. Clava *ferit*; clavus *figit.*

Clavis claudit *&* recludit claustra.

Cloaca est ad cacandum.

Coccus *&* cortices *in* cortinâ cocta, colorant carbasum.

Cœlum cernimus *oculis*; cœnum calcamus *pedibus.*

Cœlebs cœpit cogitare conjugium.

Cœnare convenit, *non* commessari.

Cohortes *in* castris *gestant* clypeos *&* cassides; Calones, calas, *&* caligas curtas; cùm *venit* clades, contaminantur cruore.

Columbus cum cirro *pulcher est.*

Colo *alligatur* cannabis & *linum.*

We are carried in a swift brigandine sooner [more swiftly] *then in charriot or carr.*

100. *A renowned and famous City hath tops, and cisterns thick* [frequent] *whither through conduit pipes the waters flow together.*

A center is that about which we draw [lead] *a line with a pair of compasses.*

An hundred ceremonies without a certain use, to what purpose [what are they?

An hart hath horns; when he is driven into a net, he is taken.

The late-sprung grass is conveyed [carried together] *unto the heap.*

A grashopper, an hornet, a gnat, a flie.

A tame Stork provokes her entrails with hemlock.

A jewel is preserved in a chest.

An harp is in the company of them that sing often.

The trumpet calling together the navy sounds.

110. *A club strikes; a nail fastens.*

A key shuts and opens claysters.

A jakes is for going to stool.

Coccus *&* barks boiled in a diers water colour fine linnen.

We behold heaven with our eyes, we tread down dirt with our feet.

A Batchelor begins [hath begun] *to think of Wedlock.*

To sup is fit, not to riot.

Bands of soldiers in camps carry often bucklers, helmets, wooden shoos, slaves, short greaves [hosen]: *when a slaughter comes, they are defiled with blood.*

A dove with a tuft is fair.

Hemp and flax is bound to the distaff.

120. Colo

130. Cole communem creatorem constanti cultu.

Committis *aliquid* clam? cur celas? coram cunctis creaturis *eris*, clamabunt *omnia*.

Comes comis, come *mihi* comas, cùm commodum *eris*.

Coquus coquit carnes, *vel* caules, condiens cibos cinnamomô, cœpâ, cuminô, cæterisque condimentis: *&* Condens in Cella, *aut mox effundens in* catinos *& patinas*.

Considera, *priusquàm* coneris.

Contrà contumacem *opus est* consiliô.

Contemnit? coge *illum, ut* corrigas.

Corporis *partes sunt*: Caput, *& sub* cranio cerebrum: cilia, cervix, collum, cubitus, costa, coxa, crus, calcaneum.

Corvus crocit, cornix cornicatur: coturnix *habet* curtam caudam.

130 Crater cremati *vini adfert* crapulam: cui *medetur* crambe.

Coloras crines ceruſsâ? crispas calamistrô concinno, cur? *ut* cristas *tollas*? Cave.

Crux Christi Cardo *salutis est*.

Crede corde contrito; cinge *te* ciliciô; crucifige carnem; *verè* Christianus clues.

Creta candet; cinnaberis *rubet*.

120. *Worship* the common *Creator* with constant *worship*.

Doest thou commit any thing secretly? *why doest thou hide it? it shall be before all creatures, all things shall cry out.*

Gentle companion, kemb my locks for me, when it shall be commodious.

A cook boyls flesh, or stems of herbs, ordering meat with cinnamon, an onion, cumin, and other seasonings; and laying them up safe in the buttery [sellar], *or anon pouring them out into platters or large dishes.*

Consider before thou attempiest [endeavourest].

There is need of counsel against a stubborn man.

Doth he contemn thee? constrain him that thou mayest amend [streighten] *him.*

The parts of the body are the head, and under the skull the brain, the eye-lids, the nape of the neck, the elbow, the rib, the hip, the shank, the heel.

A raven croaks, a chough chats, a quail hath a short tail.

130. *A bowle of burnt wine brings drunkennesse, which colesworts heal.*

Doest thou colour thy hair with white lead [ceruse]? *doest thou curl with a crisping pin thy broided hair? why? that thou mayest lift thy creste? Take heed.*

The Cross of Christ is the hinge of salvation [health].

Believe with a broken heart, cloath [gird] *thee with hair-cloth; crucifie the flesh; thou shalt be truly esteemed a Christian.*

Chalk is white, Cinaper is red.

Cœspes

Cœspes *viret*; Crocus *flavet*.	*A turff is green, Saffron is yellow.*
Cubat *puſio in* cunis: *ſedet ſuper* clunes, ceu *ſuper* culcitram.	*A little boy lies down in ſwadling clou on a cradle, ſits upon his buttock as upon a pallet.*
Cuculo *non opus eſt* cucullô.	*A Cuckoo needs not an hood.*
Cucumer, craſſaque cucurbita, creſcunt citó.	*A Cucumber and a groſs goard gro* [encreaſe] *ſuddenly* [quickly].
Culeus *vini plus eſt quàm* congius *aut* cadus.	*A* Culeus *of Wine is more than a* Con gius *or* Cadus.
140. Capa capax *dolium*.	140. *A tun is a capacious* [large] *Veſſ*
Ex Culmo *fit* Culmen, *quod ſulcitur* columine: *Ipſa domus* columnis; *ut nè inclinet ad* caſum.	*Of weeds is made Thatch, which is ſu ported with a ſtay, the houſe it ſe with Columnes, that it incline n to a fall.*
Cuniculus *facet ſub terra* cuniculos.	*Conies make berries under the earth.*
Curvus *pes facit* claudum.	*A crooked foot makes lame.*
Curre *ad* chirurgum, *ſi læſiſti* cutem cuſpide cultri, *&* cupis ſanari; curabit *te*, *tameſi maneat* cicatrix.	*Run to the Chirurgeon, if thou ha hurt thy skin with a point of a kniſ and deſireſt to be healed; he wi cure thee, although the skar re main.*
Cuſtos carceris conſtringit captivum cippô *aut* compede.	*A Keeper of a priſon binds faſt a cap tive in a pair of ſtocks or fetters.*
Condemnatum carnifex cruciat.	*An Executioner torments a condemne man.*
Cunctáne *jam ſunt*? *ita* cenſeo *præcipua* certé: cras recenſebo cætera.	*Are theſe all, now? I ſo think cer tainly the chief; to morrow I wi reckon* [make a view of] *the reſt.*

D.

DAma *in* dumo *capta*, domatur domi.	A *Doe taken in the thorn is tamed in the houſe.*
Draco degit *in* deſerto.	*A Dragon lives in the deſar*
150. Dotem dat *Pater filiæ*: donum *amicus* donat.	150. *A Father gives a dowry to th daughter: a friend gives a gift.*
Dives *non* debet dare damna; *ſed* denſè dividere *bona*; *in* Duere *nudos*, *con*donaréque debita; *hoc ejus erit* diadema.	*A rich man ought not damnifie* [giv damages] *but diſtribute* [divide] *good things thick, cloath the naked and forgive debts; this ſhall be t him a diadem.*
Dapes diribe digitis & dentibus,	*Diſtribute delicate meats with thy fin gers and teeth.*

Diæt

Diætam *serva* decoram : delicati *fiunt* debiles.	*Keep a convenient* [comely] *diet* : *delicate men are made feeble.*
Dormire *super* dorsum *insalubre.*	*To sleep upon the back is unwholesome.*
Tu Discipule disce diligenter : *non* discô *ludere, sed* disciplinas.	*Thou my disciple* [scholar] *learn diligently, not to play at quoits* [with a quoit] *but disciplines.*
Et dum *aliquid* didicisti, doce *alios.*	*And when thou hast learned any thing, teach others.*
Dolare dolia *non est tuum.*	*To smooth tubbs is not thine office.*
Sed loquamur de DEO, dilecto Domino *nostro.*	*But let us speak of* GOD, *our beloved Lord*
Desideras *bona* ? deliberas *unde sumas* ? Deum *ora.*	*Doest thou want good things ? doest thou deliberate whence thou shalt take* them ? *beseech God.*
160. *Non audit* diu ? *insta*, donec *exaudiat. Veniet* dies *ejus.*	160. *Doth not he hear long ? be earnest* [persist] *untill he hear well. His day will come.*
Delectet *te* duntaxat *vivere juxta* Decalogum (decem *Præcepta.*)	*Let it onely delight thee to live according to the Decalogue* [the Ten precepts].
Deliquisti ? deterius *egisti* ? duo *fac.*	*Hast thou offended ? hast thou done worse ? do two things :*
Ne defende delictum : dedecet. Deinde dolens *peccâsse*, desine.	*Defend not the fault, it mis-becometh. Then grieving to have sinned* [offended] *desist.*
Si non desistis, dolus *est* : *quem* demum *sequetur* dira Dei *ira.*	*If thou doest not leave off, there is deceit ; which at last the wrath of God will follow.*
Decretum *enim est, ut qui* denuò deserit Deum, deseratur : deleaturque de *libro Vitæ, &* damnetur.	*For it is decreed, that he who eft-sooner leaves God, shall be deserted ; and may be blotted out of the book of Life, and damned.*
Dubitas ? Deliras. Dæmon *malus* (Diabolus) dementat *te, ut pòst* dicam *scribat.*	*Doest thou doubt ? thou dotest. The evil dæmon (the devil) maketh thee mad, that he may afterward write against thee an accusation.*
Dic *ergo* : Duc *me* dextera Dei : *tibi me* do, dico, dedico.	*Say therefore : Let the right* hand *of God guide* [lead] *me.*
Et faciet te dignum *gratia* ; dulcis *misericordia.*	*And he will make thee meet* [worthy] *through Grace ; Compassion is sweet.*

ECce! Erinaceus *habet* eſcam *quam* edat.
170. Eheu! Ego *non habeo*, *inquit* egenus.
Ex Elementis epulum elixare *nequeo*.
Eja, *ne* ejula: erit enim *conſilium*.

Quid ergo? *panis* exiguô emitur.

En Epiſcopi *boni* elogia & encomia!
Eccleſiam *amat*; Evangelium *prædicat*.
Epiſtolas (*Apoſtolorum*) explicat.

Eleemoſynas erogat.
Erga Exules & *qui ſunt* extra, eſt *benignus*.
Errantes emendat, ebrios excommunicat.
180. Ebur, enſes, equos, *non curat*.

Eximiè *vivit* *in* exemplum.
Fac examen, experiere.
Euge *Paſtor*, egregiè exulta!

Exta Elephanti, & *ſi non* exilia *ad quid ſunt*?

F.

FAba facit flatus.

Fabula *eſt hiſtoria* ficta; *ut de* Faunis.
Faber (ferrarius) *ut* formet *ſed* folle; fuſcus fit à fumo.

BEehold! *an* Hedge-hogg *hath meat which he will eat.*
170. *He that wanteth ſaith*, *Alas! I have not.*
I cannot boyl a banquet of Elements.
Go to, do not cry out: for there will be counſel.
What therefore? bread is bought at a little price.
Lo the praiſes and commendations of a good Biſhop!
He loves the Church, *preaches the Goſpel* [glad tidings].
He doth explain [unfold] *the Epiſtles of the Apoſtles.*
He begs almes.
He is benigne to exiles, and thoſe without.
He amends them that go aſtray, excommunicates the drunken.
180. *He regards not* [takes no care of] *ivory, ſwords, horſes.*
He lives eminently for an example.
Make tryal, thou ſhalt finde.
Well done famous Paſtor, rejoyce exceedingly [skip].
The entrails of an Elephant, and if not ſlender, to what purpoſe [to what] *are they?*

B

A*Bean cauſeth* [maketh] *a blaſt.*
A Fable is an hiſtory feigned; as of the Fauns.
A ſmith that he may form iron, blows not with a fann, but with bellows.

Faber (*liquarius*) *ut* fundet *ædificium*, findit Fagum, Fraxinum, *aliáque Ligna*: figit fibulis fenestras, *&c.*

Faciem fucare formoso deforme.

190. Fallit, *qui* falsa *loquitur.*

Fama *de* fame fugat famulos.

Famum *non amat* profanus, *tametsi* ferias *amet.*

Fari *nescit* infans: Facundus facilè fatur, *&* facere.

E farina *&* fermento fit *panis*; *variáque* fercula.

Farre farcitur farcimen.

Fas *est de*-fendere *se*, *si quis of*-fendit.

Fastus *homines* fascinat.

Fatuus *est*, *qui oblectando* fatis frustrà *se* fatigat; *qui pro toto sumit* frustum: *qui sectatur* frivola, *&* *qui* fessus *non quiescit.*

Fauces *gustant* favum.

200. Faustis *rebus* favent *omnes.*

Fax *lucida* fulget fulgidè.

Felis, *an habeat multum* fellis?

Felix, *qui non* febri fervet, *sed pietate.*

Femur *ligare* fasciâ, *quid opus?*

Feram ferire fuste *non solemus*; *sed allicere in* foveam, *&* fodere *venabulo.*

Festina *eximere* festucam *oculo.*

Fex *non bibitur*, *neque* fimus *editur.*

A Carpenter that he may found an edifice, cleaves a Beech-tree, an Ash-tree, and other wood: fastens the windows with braces, &c.

It is a deformed thing for a fair man to colour his face.

150. *He deceives that speaks false things.*

A repast of hunger drives away an houshold.

The profane loves not a Temple, although he may love Holy-days.

An infant knows not to speak: a well spoken man speaks easily and pleasantly.

Of meal and leaven bread is made, and other dishes.

A pudding is stuffed with bread corn.

It is lawfull to defend ones self, if any offend him.

Pride bewitcheth men.

He is a fool that by wrestling with destiny [the fates], *wearies himself in vain; who takes a fragment* [broken piece] *for the whole: who follows often frivolous things, and who being weary rests not.*

The jaws taste often the honey-comb.

200. *All men favour fortunate things.*

A bright torch shines clear.

Hath a cat much gall?

He is happy, that is not hot with a fever but piety.

What need is there to binde the thigh with a band?

We are not wont to strike a wild beast with a club, but entire into a pit, and to thrust into her [digg] *with an hunting-staff.*

Hasten to take out of thine eye a mote.

Dreggs are not drunk, nor is dung eaten.

Fiber *eſt in aquâ*, fibra *in radice*, fimbria *in veſte*.

Ficus fert fructus *dulces*, folia *lata*.

210. Fide *Deo* fideli; *& fiet tibi ſecundum* fiduciam.

Figulus fingit *vaſa* fictilia, figuratque fidelias

Filius firmum familiæ fulcrum.

Filum fit *torquendo* fuſum.

Fiſcus fit *è* fiſſis *& flexis virgultis*.

Fiſtula *habet* foramen: Fiſtuca *ſolida eſt*.

Flamma *vehemens* flagrat; *odor* fragrat.

Flere *mulierum eſt*; fortunam ferre *ut* fors fert *virorum*; *quanquam* fortè *& mulierem reperias* fortem.

Flos floret: flumen fluit.

Focus *habet ignem*, *aut ſaltem* favillas.

220. Fomentis *calidis* fovemus *nos*.

Fœnus *eſt animæ* funus.

Fœdum *eſt* fœdus *cum impiis*: *malè* fœtet.

Fœtum *animal edit* fœtum; *ut* Forda, *omnésque* Fœmina.

Fons fundit *aquas* foràs; *nunquam uſque ad* fundum.

Fores *ſunt* ferè *quadratâ* formâ.

Formica formidans *hiemem*, *æſtate* colligit frumenta.

A bever is in the water, a fibre in a root, an hem in a garment.

A fig-tree bears ſweet fruits, broad leaves.

210. *Truſt the faithfull God, and it ſhall be to thee according to thy confidence.*

A potter forms earthen veſſels, and faſhions earthen veſſels.

A ſon is a firm prop of a family.

A thread is made by turning round the ſpindle.

A pannier of Oſiers is made of cleft and bent young-ſhoots.

A pipe hath an hole; a water pipe fledg is ſolid.

A vehement flame burneth, an odour caſteth a pleaſant ſavour.

To weep is the manner *of women*; *to bear miſfortune* [fortune] *as chance brings forth* [bears], *the* duty *of men*; *although by chance thou mayeſt finde a couragious* [ſtrong] *woman.*

A flower flouriſheth: a river floweth.

An hearth hath fire, at leſt ſparks [embers].

220. *We cheriſh* [keep warm] *with hot fomentations.*

Uſury is the decay [funeral] *of the mind.*

A Covenant with wicked men is foul, it ſtinketh.

A living creature great with young bringeth forth a young one; as a milch-Cow, and every female.

A fountain pours out waters without doors; never to the bottom.

Doors are for the moſt part of a ſquare form.

An ant fearing greatly winter, gathereth proviſion [corn] *in ſummer.*

Fornace

Fornace *calefcit* cinctus : fornix *eſt* arcuatus murus.

Forfice fila, *pilas cape* Forpice, Forcipe ferrum.

In Forum feruntur *omnia*.

230. Fraga *ſalubriora* Fungis.

Frater *voluit* frangere frameam; *ſed non potuit*, *neque* frenum: fremuit *ergò &* frenduit.

Frequens *populus Iſrael tranſivit* fretum *maris rubri*, fretus Deo

Frontem *tegere* fronde *viridi*, *non* Fruticis, *ſed* Lauri, *victoriæ ſignum*.

quis friget, *dum ova* frigit ?

Vis frui frugibus ? *deme've illas* falce.

Fulgur *&* fulmen *non terrebit* fulvum Leonem.

O Fullo, fungere *munere tuo ſine* fraude.

Furnus *eſt* furvus à fuligine.

Quæ fuerunt, *utcunque ſcimus*: Futura *quis novit* ?

240. *Vir* futilis *eſt*: futit *omnia*.

Fur (furfure *paſcendus*) *dum capitur*, fugit, *aut* furit.

Finis *ejus eſt* funis, *&* furca.

G.

GAlba, Gavia, Graculus, Grus, Gallus, *&* Gallopavus, *aves ſunt*.

Galeam geſtat *miles*; Galerum *Doctor*. *Iſti* gloria *venit*

An inner parlour ground hot with a ſtove [furnace] : *an arch is a bowed wall*.

Spin thread with a pair of ſciſſars, pluck [take] *hairs with a pair of nippers, iron with a pair of tongs*.

All things are carried into the market.

230. *Strawberries are wholſomer then muſhromes*.

My brother would have broken the jeweling, but he could not, nor the bridle: therefore he roated and gnaſhed his teeth for anger.

Iſrael *a great people truſting in God paſſed the narrow red ſea*.

To cover the fore-head with a green leaf, not of a ſhrub but of a bay tree, is a ſign of victory.

Who is cold whileſt he fries eggs ?

Wilt thou enjoy the fruits of the earth? reap them with an hook.

Lightning and brightneſs will not terrifie the tawney Lion.

O Fuller, do thy buſineſs without deceit.

An oven is black [dark] *with ſoot*.

Thoſe things that have become know'n after a ſort; things to come who knows ?

240. *A babbling man* [that will be ſoon poured out], *uttereth haſtily all things*.

A thief to be fed with bran when he is taken flies or rages.

His end is a rope or a gallows [a fork].

G.

A *Sea-gull, a Cough, a Crane, a Cock, and a French Pea-cock are birds. A Souldier carries often an helmet, a Doctor a Cap; glory*

à gladio, *huic à doctrina.*

Gallas & glandes *quare in quercu*; Gummi *in variis arboribus*; Gossipium *in una.*

In Ganeis ganniunt *ut vulpes*, garriunt *ut picæ*, grunniunt *ut porci*; Gangræna *illis devorat* gingivas.

Genius *malus docet quosdam* gaudere gazis *suis*, & gemmis, *plus quàm Deo.*

Gemant gutture *toto*, genas *oppleant lacrymis*: Guttam *aquæ desiderabunt in* Gehenna.

Genus *humanum divisum est in multas gentes: Utinam maneant junctæ* glutine *sanguinis.*

250. Germani *fratres erant & gemini, Esau & Iacob*, *quos* genuit *Isaac.*

Gener, *quid* geris gremio? & *quomodo te* geris?

Gigas grandi & gracili *corpore*, *capite* glabrô, *dorsô* gibbum gestans, genubúsque *distortis*, *monstrum.*

Glacies *est* gelata *aqua*; Grando glaciata *pluvia.*

Glarea *lapidosa terra*: Gleba & grumus *fruticula terræ.*

Glomus *est filorum* globus.

Gnarus *rerum* gnavus *esto.*

Granum *frumenti* glumâ *tegitur & a* glubitur: *in humido* germinat.

Grex *pascitur* gramine.

Gratis *datur aliquid*? gratus *esto.*

260. Gravis *vir* graditur *decorô* gestu: *actionúmque observat* gradus.

comes to him by the Sword, to this by Learning.

Stak galls and acorns in the Oak, gum in several trees, cotton in one.

In Brothel-houses they cry as foxes, chatter as pies, grunt as hogs: a Gangreen in them eats the gummes.

An evil genius teacheth some to rejoyce in their treasure and gemmes, more then in God.

They groan in the whole throat, they fill the cheeks with tears: they shall desire a drop of water in hell.

Mankind is divided into many Nations: would to God they remain joyned with the glue of blood.

250. Esau and Iacob were of the same stock, and brothers, whom Israel begat.

Son-in-law, what do'st thou carry in thy lap? and how do'st thou behave thy self?

A Giant of a tall [great] and slender body, a bald pate [head], living [carrying] a bunch on his back, and with crooked knees, is a monster.

Ice is water congealed, hail is rain frozen.

Gravel is stony earth; Clots, broken pieces of earth.

A Bottom is a ball of threads.

Being skilfull of matters, be diligent.

The grain of corn is covered with the husk and is hulled: in a moist-place it springs up.

A flock is fed with grass.

Is any thing given gratis? Be thankfull.

260. A grave man goes with a comely carriage and pace: and observeth the degrees of actions.

Guberna

Guberna gulam, ne fiat gurges.

Quædam gustare *etiam, nedum* glutire, *nocet.*

Govern thy appetite [throat], *least it become a gulf.*

It is hurtfull, not onely to swallow, but also to taste some things.

H.

HAbes *ubi* habites ? *die* Hallelujah.

Hærere *in* hæresi, halitu *pestifero, turpe est: serpit enim ut* hedera,

Haleces haud *capiunt* hamô *aut* harpagone ; hauriunt reti.

Hebeti *da* helleborum, helluoni *feces.*

Herus herì *mortuus* ; heres hodiè hilaris, heros *sibi videtur.*

Hic hirsutus hircus & hœdus *pascuntur* herbâ hornâ.

Hirudo *sugit*, Hirundo *volat.*

270. Historia *plus audet quàm* histrio ; & *tamen alicubi* hiat, hiscere *non audet*, hem !

Hordeum *in* horreo *servatur.*

Horam *mortis quis non* horret ? heu !

Homini honor *est* humanè *agere.*

Heus *tu*, humi *es* ? humilis *esto.*

Humidâ hieme (*seu* hyeme) humeros *tege.*

Hospes hospitem honora ; *contra* hostem hastâ *opus.*

Hypocrisin *fuge*, hortor.

H.

H*Ast thou where thou maist dwell ? sing* [say] *Hallelujah.*

It is a base thing to continue [stick fast] *in a heresie, being a pestilent vapour ; for it spreads* [creeps] *as Ivy.*

They take not herrings with a hook or graple, they draw them in a net.

Give a dull sellow sneezing-powder [Ling-wort] *give a glutten dregs.*

Yesterday the Lord dead ; the heir merry to day, thinks himself a noble man.

Here the rough goat and kid are fed with this years grass.

A horse-leach sucks, a swallow flies.

270. *Historie dares* (say) *more then a Stage-player ; yet he gapes anywhere, mutter he dare not ; hem !*

Barley is kept in a barn.

Who doth not tremble at the hour of death ? alas !

It is an honour for a man to deal courteously.

Harke you, are you upon the ground ? be humble.

In wet winter cover your shoulders.

Guest honour your host ; against an enemy there's need of a spear.

Avoid hypocrisie, I exhort you.

I doneus

IDoneus interpres intelligit id *quod* interpretatur, intus *&* *extra*.
Hæc eſt ejus induſtria : ignorans *eam* infra infimos *erit*.

280. Imitare igitur : *habes* imaginem.
Imber ingens *extinguit* ignem.
Incola, *aut* Inquiline, incidiſti in incile inter *ranas* ? *propera* inde.

Indulge infanti, *&* inquinabit inguina ; imò integrum imum *corpus*.
Ira immanis, *ſæpe* inanis, inquiunt.
Ivit *venator* in *ſylvam* ; indagavit ibi ibicem :
Illúmque *videns ſub* Ilice, icit, *&* interfecit.
Immolavitque inſtar *agni*, inteſtina interim involens interolæ.

Iterúmque inivit idem iter.

J. *Conſonans.*

JUvenis, *deſine* jocari : *Mors* jaciet jaculum in jugulum, *&* jacebis.

290. Jecur jejuno *flaccat ut* juncus.
Jentare *vis* ? jus (juſculum) *erit melius quàm* juglans *aut* juniperus.
Jova (Jehova) juva !
Jeſus janua *cœli*, jaſpis *meus*, jubar *meum*, jubila *mea*.
Jugum *ejus mihi* jucundum.

AEſt interpreter underſtands that which he interpreteth within and without.
This is his induſtry : being ignorant of that, he ſhall be below the loweſt.

280. Therefore imitate : thou haſt a pattern.
A great ſhower quenches the fire.
Inhabitant, or Inmate, haſt thou fallen into the trench among the frogs ? make haſte from thence.
Make too much of a child, and he'l defile his groin ; nay all his neither parts.
Outragious wrath (they ſay) is ofentimes vain.
The hunter went into the wood ; there he eſpied a wilde goat.
And ſeeing him under an oak, ſmote him, and ſlew him.
And ſacrificed him like a lamb, wrapping his entralls in the mean while in his waſtcoate.
And again he took the ſame journey.

J. Conſonant.

YOung man leave ſporting : death will caſt his dart into thy throat, and thou'lt be ſtain[lye along].
290. The liver of man that's faſting, ſtuggs like a bulruſh.
Wilt thou break thy faſt, pottage (broth) will be better then a wallnut juniper.
Jehovah help us ?
Jeſus thou heaven-gate, my jaſper-ſtone, my ray, my joy.
His yoke is pleaſant to me.

O Iudex

O Iudex meus juste! judicabis eos, qui jurgantur mecum: jus dices juxta justitiam.	O my just Judge! thou shalt judge those that raile at me: thou wilt give judgement according to righteousnes.
Iurasti mihi: Iunge me tibi.	Thou hast sworn to me: Join me to thee.
Iube me mori, ut jam sim tecum jugiter.	Command me to die, that now I may be with thee continually.

L.

LEgisne literam L? Libetne porrò lallare, ligare voces Latinas?	DO'st thou read the letter L? Moreover will you prattle on (will you) join [tie] Latine words?
300. Ludus est non labor, aut labyrinthus: Lac non laqueus: Lilium, non lolium.	'Tis a play, not labour, or a maze: Milk, not a snake: a Lily, and not darnel.
Inestque lepor & ob-lectans lumen.	And there is in it pleasantness of speech and pleasing light
Lugebis, si viam tam lenem & levem, & lævem, & lætam, & lentam, spernes.	Thou wilt mourn if thou despisest so soft and easie, smooth, and pleasant, and secure a way.
Locus hic est de-liciis: has in hoc Libro liberè libare & lambere cui libet, licet.	Here's a place for delights: these in this book whoever will, may freely taste and touch,
Labi vis? abi in lubricum.	Wilt thou slip? go into a slippery place.
Labrusca lædit labia.	The wild Vine hurts the lips.
Lacertam & locustam reperies in prato.	You'l finde a Lizzard and a Locust in a meadow.
In Lacu Lucios capit piscator, vectus lintre.	A fisher carryed in a cock-boat catch's Iacks in a lake.
Lampas fit ex lamina.	A Lamp is made of a thin plate.
Ex lana texunt pannos liciô, ex lino linteum.	Of wool they weave cloathes with thread, of flax a sheet.
310. Lanceâ lancinatus languet.	310. One thrust through with a launce languisheth.
Lanio non parat lactucas:	A butcher doth not prepare lettices.
Nec vendit Lagana, aut lagenas, aut luscinias.	Neither doth he sell pancakes, or flagons, or nightingales:
Sed lardum & carnes, libratas lancibus:	But bacon and flesh weighed in scales.
Later est coctus lapis.	A brick is a stone burnt.
Non latet canis, cùm latrat.	A dog doth not lye hid when he barks.

Latro ligandus est; non lineâ sed longâ, latâ, & laxâ loro; non laxè aut luxè, sed arctè.

A Robber is to be bound; not with a small line, but with a long, broad, & large thong; not slack or loose, but straight.

Legatus fert larga promissa: laudatur.

An Embassador brings large promises: he is praised.

Lendes nascuntur non in lente, sed in capite.

Nits are not bred in lentils, but in the head.

Leo non lacessitus non lædit.

A Lion not provoked hurts not.

320. Lepra est insanabilis lues.

320. *The Leprosie is an unsurable contagion.*

Lex est, ut Lamia, & lascivus Leno, omnisque Libido & Lupus, pœnam luunt.

The Law is, that a witch, and a lascivious bawd, and all lust and riot be punished.

Lignum & libri in arbore sunt.

Wood and thin bark are in a tree.

Lien est in latere lævo, prope lumbum.

The milt is in the left side near the loyns.

Limax & lumbricus volutant se in limo.

A snail and a worm roll themselves often in mud.

Liquor linitur & relinitur in dolio.

Liquor is stopt up and set a broach in a hogshead.

Limen quære in janua; limitem in agro; limam apud fabrum.

Seek a threshold in the gate, bounds in the field, a file at the smiths.

Limbum & laciniam in veste nondum lacera.

Do not yet tear the border and skirt in a garment.

Linguâ lingimus & loquimur: sed & ligurimus, quod tu linque.

With the tongue we lick and speak, but we eat licorously, the which do you leave.

Lippus & luscus non bene res lustrant, præsertim ad Lunam.

He that is blear-ey'd or hath but one eye doth not view things well, especially by the moon.

330. Liram faciunt non ligone, sed aratro: lyrâ cantant.

330. *They make a furrow not with a spade, but with a plough: with a harp they make musick* [sing often]

Litus ad littus quid facis?

What doth a Cornet at the shore?

Tu litare Deo lites cave.

Appease thou God, take heed of strife.

Lodicem pollutam luto lava lexivio, non lotio.

A blanket defiled with clay wash with lye, not with piss.

Lupus laniat Leporem lassatum luctâ; quæ illi attulit lessum ac letum.

A woolf tears in pieces a hare tired with resisting; which caused crying out and death it self.

Lucrum iniquum larva felicitatis, luctum adfert, lacrymas, lamenta.

